GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



Mikrofilm-System-Vertrieb
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset

Leibn. marg. 32

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archive 1

G. W. Leibnitz

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [2] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [3] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [4] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [5] - -

Randnoten von G. W. Leibniz

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [6] - -

M. JACOBI THOMASII,
Orator. Prof. Publ.

PHILOSOPHIA PRACTICA

continuis Tabellis
in usum privatum
comprehensa.

LIPSIÆ,
Impensis PHILIPPI FUHRMANNI, Bibliop.
Typis CHRISTIANI MICHAELIS,
ANNO M. DC. LXI.

PRÆSCRIPTIO
AD
LECTOREM.

QVI Auditores mihi futuri ſunt, eos aliàs alloqvar. Nunc cæteros maximè, qvorum oculis atque judiciis, ſic ferente Bibliopolæ commodo, privatum limen egreſſæ exponentur hæ tabulæ, appello ac rogo, ne præcipiti ſententiâ damnent novitatis, quæ ſunt vetera, aut ab Ariſtotele illicò diſſentire credant, qvæ recedunt alicubi à commentariis eorum, qui ſummi Philoſophi interpretes ſe profitentur, aut ſectatores. Tametſi enim ab eo tempore, quo non modò ferulæ manum, ſed & imperio magiſtrorum mentem ſubducere fas fuit, præclara mihi ſemper, omniqve tuenda ſtudio viſa res fuit, philoſophica libertate adverſus etiam Principem philoſophiæ, ſi religio, ſi veritas, ſi ratio poſtularet, uti: tamen nunquam ſe mihi approbavit procacitas hujus ſeculi novaturientis, quo multi tùm demùm egregiè ſe putant diſcentium ſtudiis conſulere, ſi à ritâ ſemita ſeductos per ſua veſtigia ſecum abripiant, & Philoſophiam in ſectas ſive novas, ſive revocatas ob orco veteres & interpolatas, diducant. Quæ, patefacta ſemel quidvis opinandi licentia, tàm fœcundè ſuccurrevere, ut Hæreſiarcharum recentium Catalogus confici nimio negotio queat non minimus. Vicisſim nec eorum placuit deſidia, qui Ariſtotelis interpretem qualẽcunqve nacti vel imperitiſsimum, ab hoc mallent ejus doctrinam reſciſcere, & ſic enunciare ad diſcipulos, quàm Magiſtrum ipſum per contari, & lingva loquentem ſua diligenter auſcultare. Planum fecerunt eruditiſsimi quidam memoria noſtra viri, in multis à mente Philoſophi excidiſſe interpretes ejus, præcipuè latinos. Ac neſcio, an non horum temeritati non ex minima parte imputare poſsit invidiam ſui nominis Ariſtoteles, dum illorum ineptias ut ſuas objectas ſibi audire cogitur. Hæc me ratio movit, LECTOR BENEVOLE, ut, cùm Summi quidam & Optimi viri filios ſuos tùm aliis humanitatis artibus, tùm Practicæ Philoſophiæ elementis imbuendos meæ fidei crederent, de Tabellis ita concinnãdis cogitarem, ut nec temerè diſceſsionem facerent ab Ariſtotelis doctrinâ, & nævos tamen pulcherrimo corpori qvorundam interpretum incuriâ adſperſos tollerent, Eas, ubi rem ſenſi non

non abire sine fructu discentum, visum est; locupletatas à me, multisque, ut spero, locis redditas meliores, Typographo dare, ut Scholæ meæ privatæ usibus commodiùs inservirent. Veritatis amorem profiteor. In quibus errâsse me deprehendam, ea non propugnabo, qvi jam hîc mutaverim quædam, aliter ante quatuor annos in Breviario Nicomacheorum à me posita. Doctrinas de Jure Naturæ, de Optima Rep. de Ratione Statûs hîc sepositi, non tàm quia idem propè factum viderem à plerisque systematum scriptoribus, quàm qvod in iis elucubrandis ordinandisqve destituerent me otium & adminicula. Interim quantillum id cunque est, quod hîc damus, boni consule, qui hæc legis, & conatibus nostris, si id mereri videbuntur, fave!

* * *

HÆC ex parte DEO; partim sibi vendicat Auctor;
Apta & vera DEO; falsa & inepta sibi:
Desque sibi veniam erranti non sponte, precatur;
Soli sed laudem, Lector amice, DEO.

TABULA TABULARUM.

PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ, cujus *natura & constitutio* explicatur — Tab. I. II.

Prior, de *Fine*, est ETHICA, & dividitur in

- προλεγόμενα de *Bono Hominis in genere.* — III.
- προλεγόμενα de *Potentiis Animæ Humanæ.* — IV.
- προλεγόμενα, de *Summo* Hominis pariter & totius Civitatis *Bono*. Cujus
  - *Definitio.* — V.
  - *Divisio* in Beatitudinem Theoreticam & Practicam: — VI.
    - è qvibus Theoretica declaratur breviter . . .
    - Practica absolvitur virtutibus Practicis. Quarum alia est
      - directa, nempe *virtus moralis* De cujus
        - *Natura.* — VII.
        - *Objecto* in genenere. — VIII.
        - *Objecto* in specie nempe de *Affectibus* humanis. — IX.
        - *Actionibus humanis* universim. — X.
        - *Actionibus humanis* quoad earum divisionem in *Spontaneam & invitam.* — XI.
        - *Actionibus humanis* quoad earum *Principia.* — XII.
        - *Divisionibus* tribus. — XIII.
          - Qvarum prima fit in *species.* Hæ *synoptice* exhibentur *universæ.* — XIV.
            - separatim exponuntur singulæ. Nimirum
              - 1. *Fortitudo.* — XV.
              - 2. *Temperantia.* — XVI.
              - 3. *Liberalitas.* — XVII.
              - 4. *Magnificentia.* — XIIX.
              - 5. *Modestia.* — XIX.
              - 6. *Magnanimitas.* — XX.
              - 7. *Mansvetudo.* — XXI.
              - 8.9.10. *Tres Homiletice.* — XXII.
              - 11. *Justitia particularis.* — XXIII.
          - altera in modos concipiendi. Concipitur enim ut perficit hominem vel in seipsum, & sic retinet nomen virtutis. — XXIV.
            - vel in ordinead alios homines, & vocatur *Justitia universalis.*
            - Hujus verò Principium dirigens actuale est *Jus.* — XXV.
            - Hujus verò Conjugatum est *Justum, & Injustum.* — XXVI.
          - tertia in gradûs, qui sunt: *Semivirtus, Virtus communis & Heroica.* — XXVII.

        In statu autem Semivirtutis & semivitii *processus moralis* exhibetur — XXIIX.

      - dirigens: *Prudentia.* De quâ *& cæteris Virtutibus Intellectualibus.* — XXIX.
    - Adjuncta: Bona scil. post Virtutem optima in Internis, *Voluptas.* — XXX.
      - in Externis, *Amicitia.* — XXXI.


Posterior, POLITICA: De cujus *naturâ & constitutione.* — XXXII.

Hæc dividitur in Doctrinam

- de *Civitate*, tanqvã subiecto. Cuius
  - Genus, *Societas humana naturalis.* — XXXIII.
  - Materia complexa
    - remota, *Societates domesticæ*
      - *Nuptialis.* — XXXIV.
      - *Herilis.* — XXXV.
      - *Paterna.* — XXXVI.
    - propinqua
      - *Domus seu Familia.* — XXXVII.
      - *Vicus seu Pagus.* — XXXIIX.
  - *Definitio.* — XXXIX.
  - Materia simplex *Civis.* Cujus
    - definitio
    - Affectio, *Dignitas Civilis.* — XL.
    - *Divisiones.* — XLI.
  - Forma, *Respublica.* — XLII.
    - Divisio secundùm gradûs fit in *Remp. simplicem & mixtam.* — XLIII.
    - huius species comparantur inter se, scil.
      - *Regnum* cum *Tyrannide.* — XLIV.
      - *Aristocratia* cum *Oligarchiâ.* — XLV.
      - *Politia* cum *Democratiâ.* — XLVI.
      - *cum Societatibus domesticis.* — XLVII.
  - Affectio: *Majestas*, Cuius *Natura* exponitur. — XLIIX.
    - *Divisio in partes.* — XLIX.
  - *Mutatio* & causæ corrumpentes. — L.
- de *Legibus*, tanqvam mediis. — LI.

Juvan-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [10] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [11] - -

JUVANTE TRIUNO!

TAB. I. De Philosophiæ Practicæ Naturâ & Constitutione.

Philosophiæ Practicæ notetur:

I. *Discrimen à Philosophiâ Theoretica.* Etenim Philosophia { Theoretica / Practica } pro ultimo fine per se habet { contemplationem: / actionem. 5.

II. *Synonymia.* Vocatur { ab Aristotele *Politica* / à Stoicis *Ethica* } vocabulo latiùs qvàm hodiè solet, accepto.
Vocatur etiam ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπινα φιλοσοφία, Philosophia *circà res humanas*, cap ult. Nicom.

III. *Methodus*
Philosophia Practica tractari debet Methodo *Analyticâ*.
Hæc verò considerat *1. finem: 2 subjectum: 3. media*:
Et qværi debet *in totâ* Philosophiâ Practicâ, non in partibus ejus separatim. 10.

IV. *Partes* duæ { *Ethica* / *Politica* } qvæ considerat { *finem* seu bonum summum hominis Tab. II. & seqq. / *subjectum* illius finis, quod est civitas: & *media* eum introducentia, quæ sunt leges. Tab. XXXII. & seqq.

†1. *Alii Methodum Analyticam seorsim in Ethicâ, seorsim in Politicâ qverunt.* 15.
2. *Sunt, qui tertiam Philosophiæ Practicæ partem adjiciant* Oeconomicam. *Sed hanc nihil obstat, qvominus sub Politicâ comprehendamus.*
3. *Plerique Ethicam à Politicâ discernunt, tanqvam partem communem à propriâ.*

20.

TAB. II. De Ethicæ Naturâ & Constitutione.

Ethicæ notetur:

I. *Homonymia.* Ethicæ vox sumitur { *latè*, pro totâ Philosophiâ Practicâ apud Stoicos: / *strictè*, pro parte ejus solâ priore: & ita h. l.

II. *Etymologia.* Sic appellatur, qvia maximè occupatur in explicandis virtutibus ἠθικαῖς seu *moralibus*. 25.

III. *Synonymia.* Unde latinè vocari solet Philosophia *moralis*. Aristoteli πολιτικὴ περὶ τὰ ἤθη.

IV. *Definitio.* Ethica est prior pars Philosophiæ Practicæ, agens de ultimo fine, seu summo bono hominis.

V. *Partitio.* Dividemus eam in { πρᾶξεως / θεωρίας } de Bono Hominis in genere, Tab. III. 30.
de Potentiis Animæ humanæ. Tab. IV.
de summo Bono hominis, cujus { Definitio, Tab. V. / Divisio in partes, Tab. VI. & seqq. / Adjuncta { Voluptas, Tab. XXX. / Amicitia, Tab. XXXI. 35.

† *Vulgò duas Ethicæ partes ita constituunt, ut prior sit de Summo Bono tanqvam* fine, *posterior de virtutibus, tanqvam* mediis. *Qvibus nonnulli tertiam interjiciunt, de animâ tanqvam* subjecto; *vel actionibus, aut homine ipso, tanqvam* objecto. *Qvæ opinio inde manavit, qvia crediderunt, Analyticam methodum in Ethicâ separatim qvari oportere integram. Sed hîc præfero sententiam Jasonis Denores, Piccarti, VVichelmanni & aliorum, qvi in Ethicâ nihil præter doctrinam de fine ultimo hominis agnoscunt. Nam etsi de Virtutibus qvoqve hîc agitur, nec negandum est, habitûs virtutis esse certo qvodam sensu media Summi Boni: tamen Analytica methodus alia media postulat, qvàm qvæ in definitione finis expressè includantur: talia nempe, qvæ similia sint pharmacis & horum præscriptioni in arte medica. Hanc autem rationem in Practicâ Philosophicâ habere leges, passim innuitur ab Aristotele. Vide imprimis Cap. ult. Nicomach.* 40 45

IV. N. Dilherr. Disp. 1. th. 6.

TAB. III. De Bono Hominis in genere.

I. *Synonymia.* Vocatur & *Finis* Hominis.

II. *Definitio.* Bonum hominis est qvod appetitus hominis prosequitur tanqvam objectum sibi conveniens.

III. *Oppositum.* Malum hominis est qvod appetitus hominis aversatur tanqvam objectum sibi inconveniens.

De Bono Hominis in genere notatur

IV. *Divisione* Bonum Hominis dividitur

1. in *verum apparens* in quod fertur appetitus ordinatus vel cujus prævia cognitio non est decepta.
1. in *verum apparens* in quod fertur appetitus in ordinatus vel cujus prævia cognitio est decepta. §.

2. in *honestum, jucundum, utile* qvod appetitur
- propter se à rectâ ratione:
- ——— ab appetitu sensitivo:
- propter aliud.

* *Vox boni jucundi interdum extenditur & ad Voluptates animi, qvæ à rectâ ratione appetuntur.*

3. in Bonum qvod appetitur
- *tantùm propter se:* ac tale est finis absolutè ultimus.
- *partim propter se, partim propter aliud:* ac tale est finis comparatè ultimus, e. g qvod simul jucundum est & utile. 10
- *tantùm propter aliud;* ac tale est finis absolutè subordinatus, e.g. potio amara propter sanitatem: sectio membri propter conservandam vitam. 15.

4. in
- *Animi* in primâ, secunda, tertiâ, prædicamêto actionis, e.g. actiones secundùm virtutẽ. specie Qualitatis e. g.
  - virtutes:
  - solertia ingenii naturalis
  - voluptas animi.
- *Corporis.* Talia bona præcipuè sunt qvatuor, & à veteribus conferebantur cum qvatuor virtutibus Cardinalibus hoc modo:
  - sensuum integritas
  - robur
  - pulchritudo
  - sanitas

  cum
  - Prudentiâ, 20.
  - Fortitudine,
  - Temperantiâ,
  - Justitiâ.
- *Externum* aliàs Bonum *Fortunæ.* Huc pertinẽt: Nobilitas, Divitiæ, Honor, Potentia Civilis, Libertas, Dominium, Possessio, Pax, Securitas, Amici, Conjux, Liberi. 25.

* *Vox Boni* externi *interdum tàm latè patet, ut comprehendat etiam Bonæ* Corporis. *Sic infrà Tab. XXIII.*

5. in
- *Naturale*, quod homini inest per naturam, e. g. naturalis acrimonia visûs, ingenii. 30.
- *Superveniens*
  - *Theologicum*, quod homini non nisi viribus gratiæ divinæ supernaturalis contingit.
  - *philosophicũ*
    - *Theoreticũ* qvod nascitur è virtutibus
      - Theoreticis
      - Practicis
        - Prudentiâ vocatur; Bonũ
          - *Morale,*
          - *Artificiale* 35
        - Arte
    - *Practicũ*

* 1. *Bonum* Morale *Bonitatem suam habet in voluntate operantis*; Artificiale *in operatione vel opere extrà voluntatem.*

2. *Bonum* Morale *analogicè dividitur in* Ethicum *seu naturale, &* Politicum, *seu legale.*

3. *Qvod moraliter nec bonum nec malum est, capax tamen utriusqve moralitatis vocatur* Indifferens. *Est ejus tale vel propter abstractionem à circumstantiis moralibus, e.g. amare, odisse, edere, bibere: vel propter permissionem Legis, e.g. portare gladium.* 40

De Bono Morali plura dicentur Tab. XXIX.

V. *Theoremata*
1. In multitudine Bonorum hominis unum alteri est subordinatum.
2. Itaqve unum Bonum altero est præstantius: Bonum scil. honestum jucundo & utili: Quod tantùm propter se appetitur, cæteris: Bonum animi bono corporis & hoc bono fortunæ: superveniens naturali: Theologicum Philosophico: Theoreticum Practico: Morale artificiali. 45
3. Bonum *Morale*, qviescit in ἐνεργίᾳ seu operatione; *artificiale* interdum in ἐνεργίᾳ interdum in ἔργῳ, seu opere.

† *Doctrinam de Bono in genere rectè præmittit Burgersdicius, tametsi à pleriqve Ethicis neglectam, aut valdè dispersam.*

I. *Sedet*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [15] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [16] - -

De Potentiis Animæ Humanæ.

De Potentiis animæ humanæ notetur

I. *Sedes Doctrinæ.* Quæ qvidem propriè pertinet ad *Physicam.* Sed inde tamen huc transferenda sunt qvædam, tùm qvia jam Tab. præced. facta est mentio appetitûs & præviæ cognitionis, rectæ item rationis & appetitûs sensitivi: tùm qvia in Ethicis sine hâc doctrinâ nec divisio virtutum in intellectuales & morales, nec aliâ multa rectè percipi possunt. 5.

* *Interim scire, an Potentiæ animæ inter se, & ab Animâ, realiter differant, an sola ratione, Ethici nihil interest.*

II. *Synonymia.* Potentiæ animæ vocantur etiam Animæ { *Facultates.* / *Partes*, μέρη, à Veteribus.

III. *Divisio* in Facultatē

1. *Vegetativam*, qvæ sub se comprehendit facultatem *nutriendi, crescendi, & generandi sibi simile.* 10.

2. *Sensitivā* qvæ comprehendit

- *Sensum* { *Externum* (nempe visum, auditum, olfactum, gustum & tactū) qvi tantùm patitur recipiendo speciem sensibilem. / *Internum* (nempe sensum communem, phantasiam, & memoriam) qvi etiam agit: e. g. Phantasia agit eliciendo novā speciem rei bonæ vel malæ. 15.
- *Appetitum sensitivum* { *concupiscibilem* qvi prosequitur { id qvod Phantasia judicavit { bonum. / malum. / *irascibilem*, qvi aversatur
- *Locomotivam* { totius corporis. / partium corporis: e. g. capitis, oculorū, oris, manuū &c.

3. *Rationalem* qvæ comprehendit

- *Intellectum* { *Theoreticum*, qvi pro ultimo fine { contemplationem. 20. / *Practicum*, qvi habet { actionem.
- *Voluntatem*, qvæ { in morali doctrinâ dividitur in { Rectum seu *rectam Rat.* / Corruptū seu *corruptā Rat.*; habet { similiter est vel { *concupiscibilis*, & prosequitur bonum. / *irascibilis*, & aversatur malum. 25. / *libertatem* { *contradictionis*, seu exercitii, e.g. ambulandi, vel non-ambulandi. / *contrarietatis*, seu specificationis, e. g. ambulandi vel equitandi.

IV. *Comparatio earum inter se.*

1. Vegetativa / Sensitiva / Rationalis } est homini { communis cum plantis & brutis 30. / ——— brutis. / propria: & in eâ circa { verū / bonū } occupatur { Intellectus / Voluntas.

2. Sensus, in primis Phantasia / Appetitus sensitivus } est similis { Intellectui / Voluntati } quia utraq: facultas est { *cognoscens.* / *appetens.* 35.

3. sed { Intellectus / Voluntas } est superior { Sensu / Appetitu sens. } & ejus defectum corrigere potest *in naturalibus & civilibus.*

4. Quo pacto appetitus sensitivus in homine est *rationalis per participationem*: Sed voluntas est *rationalis per essentiam.* Unde & vocari solet simpliciter, Appetitus rationalis. 40

5. Imperio voluntatis { non subest vegetativa, ideò est potentia simpliciter irrationalis. / subest { appetitus sensitivus, ita ut possit / locomotiva, ita ut non possit } reluctari. Et ideò imperiū

Voluntatis in { app. sens. / locomot. } comparatur imperio { *civili*, qvia cives sunt / *herili*, qvia servi nō sūt } personæ liberæ. 45.

* *Locomotivæ corporis similis est qvodammodo in animâ facultas illa, qvâ Intellectus ad imperium voluntatis convertit se ad speculandum vel consultandum. Possis appellare Locomotivam Animi.*

6. In Intellectu / In Voluntate } sunt *virtutes* { *Intellectuales* ad cognoscendum Verum. / *Morales* ad prosequendum Bonum. 50.

7. *Affirmatio* / *Negatio* } in Intellectu, similis est { *Prosecutioni* / *Aversationi seu fugæ* } in Voluntate.

† 1. *Veteres ante Aristotelem in usum doctrinæ de virtutibus tres animæ partes constituebant:* 1. Rationalem τὸ λογιστικὸν vel ἡγεμονικὸν: 2. Irascibilem, τὸ θυμικὸν, vel θυμοειδὲς: 3. Concupiscibilem, τὸ ἐπιθυμητικόν. *Primam locabant in capite, secundam in pectore, tertiā in infimo ventre.* 55.

‡ *De discrimine inter Appetitum* concupiscibilem & irascibilem *maximæ sunt lites. Nos in tabulâ illud expreximus, qvod ad cognoscendam veterum doctrinam aptissimum experti sumus. Nobiscum sentiunt Jason Denores & Amicissi. Jo. Conr. Durrius.* 60

TAB. V. De Definitione Summi Boni Humani.

Circa Definitionem notetur

I. *Synonymia.* Summum Bonum hominis vocatur &
- Latinè, *ultimus seu summus finis hominis: Felicitas, seu Beatitudo Civilis.*
- Græcè, τὸ ἀγαθὸν absolutè ἀνθρώπινον ἀγαθὸν, εὐδαιμονία, εὐζωία, εὐπραξία, μακαριότης (τῦ ἀνθρώπυ.)

II. *Distinctio Vocabuli.* S.B. hominis est vel
- *Theologicum*, ad qvod sacra Theologia hominem ducit, cujus ultimus gradus est in vitâ æternâ.
- *Philosophicum*, qvod à Philosophiâ sperari potest, & in hâc vitâ civili absolvitur. 5.

* *S. B. Philosophicum iterum potest bifariam considerari, qvatenus scil. est aliquid hominis*
- commune *cum omnibus creaturis: & hoc est DEUS, seu gloria DEI.*
- proprium: *& sub hoc conceptu S. B. hoc loco investigatur.* 10.

III. *An sit?* Aff. Qvia alias seqveretur, in finibus, qvorum unus alteri est subordinatus, dari processum in infinitum: qvod est absurdum.

IV. *Requisita*, quæ ex ipso vocabulo elici possunt. Debet enim esse *Bonum*
- *Hominis*, i. e.
  - non debet esse homini commune cum bestiis.
  - debet esse in potestate hominis, sic, ut invito eripi non possit. 15.
- *Summum*: i. e. non debet esse appetibile propter aliud, (tanqvam propter finem,) sed tantùm propter se.

* *Idem autem est S. B. hominis uniu & civitatis, id est, hominum multorum in societatem civilem copulatorum.*

I. Quid non sit? Resp. S.B.H. non est
1. *Voluptas corporis.* Qvia hæc
   - est homini communis cum bestiis.
   - non debet appeti tantùm propter se. 20.
2. *Divitiæ.* Qvia hæ
   - non debent appeti propter se:
   - possunt invito eripi.
3. *Honor.* Qvia hic
   - non debet appeti tantùm propter se:
   - magis est in potestate honorantis, qvàm honorati.
4. *Habitus virtutis.* Qvia hic non tàm propter se, qvàm propter actionem sua- 25
5. am expetitur.

Definitionem notetur

II. Quid sit? Resp. Summum Bonum hominis est operatatio animæ rationalis secundùm virtutem optimam & perfectissimam. I. Nicom. 7. *In actionem enim virtutis requisita illa exactè conveniunt.* 30.

* *Verba illa Definitionis Aristotelicæ,* τὸ βίῳ τελείᾳ, in vitâ perfectâ, *qvin omittamus, nihil prohibet. Spectant enim ad* exiſtentiam *Beatitudinis. Nobis verò satis est* essentiam *ejus definitione expressam habere.*

III. Qvare in definitione non fiat mentio cæterorum bonorum animi inferiorum ordinis, bonorum item corporis & fortunæ? Resp. qvia nec sunt finis ipse ultimus, nec eum determinant. Fatendum interim, ea esse felicitatis jam *instrumenta*, jam *causas sine qvibus non*, jam *ornamenta*, jam *objecta materialia.* 35.

IV. An Definitio isthæc sit Felicitatis Theoreticæ, an Practicæ, an utriusqve? Resp. utriusqve, ut patebit è Tab. seq.


40

† *Falluntur, qvi existimant, solam Beatitudinem Practicam ab Aristotele definitam esse. Theoreticæ enim Beatitudini definitionem illam ipse applicat Philosophus lib. X. Cap. 7.*

Sum-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [19] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [20] - -

TAB. VI. De Divisione Summi Boni humani.

Summi Boni Humani

Partes sūt duæ, Beatitudo scil Theoretica, & Practica. Quarum

I. *Definitio*: Beat. Th. est operatio animæ rationalis secundùm virtutem optimam Theoreticā; Beat. Pr. Practicam; quæ est Sapientia. Prudentia.

* 1. *Ut Beatitudo dividitur in Theoreticam & Practicam: sic & virtus in hoc negotio dividi debet in* Theoreticam & Practicam; *non verò in* intellectualem & moralem.

2. *In his duabus virtutum divisionibus membra earum non debent confundi. Nam omnis quidem virtus Theoretica est intellectualis, sed non contrà. Et omnis virtus moralis est Practica, sed non contrà.*

3. *Inter Practicas virtutes optima & perfectissima censeri non debet aliqua virtus moralis, ac ne Justitia quidem universalis, sed* Prudentia. *Quia hæc est virtus* dirigens; *Morales autem, sive considerentur ut singulæ, sive ut universæ, sunt virtutes* directæ.

II. *Comparatio*:
1. *Beatitudo Theoretica* nobilior est, qvàm *Practica*. Nam
2. *Th.* occupat intellectum theoreticum, *Pr.* practicum.
3. *Th.* non evagatur ad appetitum sensitivum, *Pr.* evagatur.
4. *Th.* minùs indiget bonis inferioribus, qvàm *Practica*.
5. *Theoreticam* comitatur voluptas sincerior, quàm *Practicam*.
6. *Theoretica* hominem magis copulat DEO, *Practica* homini.
7. Ergò Philosophia Practica, quæ est ἀξιωτέρα ἀνθρώπου, uberiùs persequitur doctrinam de Beatitudine *Practicā*, qvàm *Theoreticā*. Nihilominus tamen imperat in gratiam Sapientiæ (& consequenter Beatitudinis Theoreticæ,) VI. Nicom. in fine.

Pars Theoretica proficiscitur è virtutibus Theoreticis, qvarum optima & perfectissima est *Sapientia*: quæ est habitus contemplandi DEUM & res divinas: Vide Tab. XXIX.

* *Hinc patet, ad Beatitudinem Theoreticam pertinere rectam* notitiam & *cultum* DEI, *seu veram* Religionem. *Ubi porrò notanda sunt sequentia:*

1. *Notitia DEI alia est*: naturalis, revelata — *& hauritur è*: *Philosophiâ theoreticâ, estq; imperfecta valdè.* *S. Theologiâ, estq; perfecta.*
2. *Religio ordinatur*: primariò *ad vitam civilem & societatem hominum cum angelis & DEO.* secundariò *ad vitam cœlestem & societatem hominum cum hominibus.*
3. *Hinc sequitur* [1.] *ad* perfectam *Beatitudinem Theoreticam admodùm insufficientem esse Philosophiam Theoreticam, nedum Practicam.*
[2.] *in Philosophiâ Practicâ non confundendum esse regimen* Secular *cum* Ecclesiastico: *& in Ecclesiâ potestatem* internam *cum* externâ.

Pars Practica proficiscitur è virtutibus Practicis. Qvarū alia est: *directa*, vocaturq; *Virtus Moralis*: de cujus — Naturâ Tab. seq. Objecto, Tab. VIII. Divisione, Tab. XIII. & seqq. — *dirigens*, vocaturqve *Prudentia*: de qvâ & cæteris virtutibus Intellectualibus Tab. XXIX.

† *Sunt, qvi doctrinam de Beatitudine Theoreticâ planè submoveant è Practicâ Philosophiâ. Minus benè. Cùm enim hæ duæ Beatitudinis partes (sic rectiùs qvàm species appellabuntur) in hâc vitâ cohæreant, eas divellere vetat ratio. Conjungentur autem commodè in Philosophiâ Practicâ tanqvam disciplinâ* κυριωτέρᾳ καὶ πάλιστα ἀρχιτεκτονικῇ *I. Nicom. 2.*

TAB. VII.

De naturâ Virtutis Moralis.

Natura Virtutis Moralis optimè cognoscitur è comparatione cum *Vitio Morali*, cui est

similis qvoad

I. *Homonymiam*: Sumuntur interdum { actualiter / habitualiter } & sunt in { prædicamento actionis. / prima specie qvalitatis: & ita h[abitus]

II. *Appellationem generalem*: Vocatur enim { *Habitus*, qvia principium eorum propinqvum non est *natura*, alias essent in secundâ specie qvalitatis: sed *actiones* crebræ habitum *antecedentes*. 5.

& qvidē { *Electivi*, προαιρετικοὶ, i. e. voluntarii / seu *Morales*, ἠθικοὶ, i. e. affectuosi } à subjecto { primario. / secundario.

III. *Subjectum* { primarium, / secundarium, } qvod est { voluntas seu appetitus rationalis. / appetitus sensitivus, in qvo sunt affectus famosè dicti. 10.

*. *Sunt qvi virtutes & vitia moralia* in solo appetitu sensitivo *collocant*, *nec abnuerim*, *in hanc partem propensiorem videri Aristotelem. Sed qvicqvid hîc sit de Aristotele*, *doctrina contraria accommodatior est Theologiæ orthodoxæ.*

IV. *Objectum materiale* / 1. *Objectum formale* { Quâ dicere vid. Tab. seq.

15.

II. *Principiū dirigens* { *Habituale*, qvod in { Virtute est Prudentia; / Vitio est oppositum Prudentiæ.

Actuale, qvod in { Virtute { est dictamen { Rectæ. / Vitio { Rationis { Corruptæ.

III. *Effectus*: Qui respectu { Virtutis / Vitii } { sunt *actiones* habitum *sequentes* moraliter { bonæ { in qvibus consistit summum { Bonū } Practicū / malæ { Malū } 20.

IV. *Formam* seu differentiā *specificam*, qvæ in { Virtute est *Mediocritas*, illa scil. qvam recta Ratio definit. / Vitio est *Extremitas*, proveniens à corruptâ Ratione, eáque vel { *excedens*, / *deficiens*.

*1. *Mediocritas hæc, seu μεσότης, exponenda est non tantùm* negativè, *sed etiam* positivè. 25.

2. *Debet autem positivè hic exponi secundùm sensum* effectivum *hoc modo: Virtus est posita in mediocritate, i. e. efficit ut affectus & actiones hominum sint mediocres, seu moderatæ, h. e. moraliter bonæ: e. g. Temperantia efficit, ut nec plus nec minùs bibamus, quàm decet, sed tantum, qvantum recta dictat ratio: & ita in cæteris circumstantiis. Tametsi autem mediocritas illa etiam sensu* subjectivo *intelligi possit, ut innuatur, virtutem ipsam positam esse in medio duorum vitiorum extremorum: tamen, qvia hæc expositio exceptionem patitur circà Justitiam, ideò non satis apta est ad formam seu differentiam specificam.* 30.

3. *Efficit porrò istam mediocritatem recta ratio, observando omnes circumstantias morales, & pro earum variatione variando sua dictamina. Qvibus dictaminibus si obeditur, nascitur illa in actionibus & affectibus mediocritas moralis, sed eadem ob mutabilitatem circumstantiarum & ipsa mutabilis. Et hoc est illud medium, qvod per metaphoram* Geometricum, *item* Rationis, *& τὸ πρὸς ἡμᾶς, id qvod ad nos est, seu personæ appellare solemus, & distinguere à medio* Arithmetico, *seu Rei, quod est κατὰ τὸ πρᾶγμα, qvod rem, qvoad scil. circumstantiam personæ & cæteras negligit, atqve adeò virtuti morali planè est inconveniens.* 35.

4. *Ad hoc medium Geometricum pertinet, qvòd virtus nos disponit non modò ad agendum sic vel sic, in qvo est* libertas contrarietatis, *sed etiam simpliciter ad agendum vel non agendum, in qvo est* libertas contradictionis. 40.

5. *Mediocritas hunc in modum exposita nihil est aliud, qvàm qvod alii τὴν ὀρθότητα*, rectitudinem *vocant: sed vox mediocritatis naturam virtutis adhuc significantius exprimit.* 45.

V. *Definitionem*. Nam { Virtus moralis / Vitiū morale } { est habitus electivus consistens in { mediocritate / extremitate } { secūdùm { rectam. / rationē { corruptā

VI. *Multitudinem*. Dupla plura sunt vitia, quàm virtutes, nisi quòd Justitiæ unicum tantùm extremum est. 50.

VII. *Modum oppositionis*. Nam { Virtus utriqve vitio opponitur ut habitus bonus malo, & medium extremo. / Vitium utrumque virtuti opponitur ut habitus malus bono, & extremum medio. / Virtus virtuti non opponitur per se. / Sed vitium extremum unum per se opponitur alteri, ut excessus defectui. 55.

Circa

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [23] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [24] - -

TAB. VIII. De Objecto Virtutis moralis.

Circà Objectum Virtutis Moralis notentur

I. *Divisio in Objectũ*

Materiale

Externum, qvod est Res vel Persona (unde nova distinctio in Objectum *Reale* & *Personale*) extrà hominem posita, movens affectum, circà qvam posteà occupatur actio externa, e. g. cibus.

Internum, qvod est affectus aliqvis indifferens, ab objecto externo excitatus, e.g. cupiditas cibi. Plura de Affectibus Tab. seq. 5.

Medium, qvod est actio aliqva hominis externa indifferens, excitata ab affectu, & occupata circà objectum externum, e.g. edere. Plura de Affectionibus Tab. X.

Formale est ipsa mediocritas, seu bonitas moralis ac rectitudo, qvam virtus in objecto interno & medio & efficere cogitat. 10.

II. *Theoremata*:

1. Objectum materiale / formale } virtutem distinguit à { virtute aliâ, nõ verò à vitiis sibi oppositis. / vitiis sibi oppositis, nõ verò à virtute aliâ.

2. Itaque Aristoteles in definitionibus, specierum virtutis, mediocritatem, qvæ est forma earum generica, solet ponere loco *generis*: objectum verò aliqvod materiale loco *differentiæ specificæ*. 15.

3. Differentiæ autem hujus ratio præcipua qvandoqve est in objecto *externo*, qvandoqve in *interno*, qvandoque in *medio*, Vid. Tab. XIII.

4. Qvarundam virtutum objecta interna vel externa in earum definitionibus duo nominantur, eaqve sibi opposita. Et omninò nulla est virtus, cui pro objecto medio non possint assignari duo actûs oppositi: sed talium *objectorum* semper unum est *primarium*, alterum *secundarium*. 20.

5. Mediocritas moralis introducitur in objectum non externum, sed internum (non enim planè rollendi sunt affectûs, sed moderandi) & medium.

6. Magis tamen denominat internum, qvàm medium. 25.

TAB. IX. De Affectibus humanis.

De Affectibus notẽtur

I. *Definitio*. Affectus humanus est actus facultatis appetentis, *a*) ortus ex cognitione boni vel mali. *b*) *Differentia petita est tùm à subjecto a), tùm ab objecto b).*

II. *Subjectum*: Appetitus sensitivus / rationalis } qvorum uterq; est vel concupiscibilis. / irascibilis. Vid. Tab. IV. 30.

III. *Divisiones*

1. ab Objecto: Affectus versatur vel *circà*
   - *malum*, ut Timor, pertinetq; ad facultatem *irascibilem*.
   - *bonum*, ut cupiditas { voluptatum corporearum: / divitiarum: / honoris: / vindictæ, i. e. ira. } pertinetqve ad facultatem *concupiscibilem*.

2. à formâ: Affectus est vel
   - *indifferens*, ut cupiditas cibi.
   - *determinatus* ad *bonum*, / *malum*, } ut cupiditas cibi { moderata. / immoderata. 40

† 1. *Affectûs etiam in appetitu rationali seu voluntate qvarendos esse, assentior Cl. Dürrio.*

2. *Iram verò ad facultatem concupiscibilem ex mente Aristotelis referre me docuit Jason Denores.*

TAB. X. De Actionibus humanis.

Circà Actiones humanas notetur

IV. *Divisio.* Actio humana est vel

I. Distinctio vocabuli. Actio hominis alia est { *merè naturalis*, e.g. concoctio in ventriculo. / *voluntaria* seu libera: & tales sunt hujus loci.

II. Definitio: Actiones humanæ h. l. sunt motûs provenientes ab homine ut agente libero, seu, qui procedunt à voluntate humanâ. 5.

III. Principium, Voluntas.

Simplex, qvæ rursus dividitur ex parte

1. Formæ in { *Indifferentem*, e.g. velle, edere. Huc refer actiones *artificiales*, qvà tales. 10. / *Moralem* { *Bonam*: e.g. velle honestum: edere moderatè. / *Malam*: e.g. velle turpe: edere immoderatè.

*1. Moralitas *actionum æstimatur ô circumstantiis moralibus, qvæ juxta versiculum*: Qvis? Qvid? Ubi? Qvibus auxiliis? Cur? Qvomodo? Qvando?

causæ { *efficientis* { *Principalis* . . . 1. Qvis? 15. / *Instrumentalis* . . . 2. Qvibus auxiliis? } / *Finalis* . . . . . 3. Cur? / *Materialis seu objecti externi* . 4. Qvid? / *Formalis* . . . . . 5. Qvomodo?

Adjuncti { *Loci* . . . . . 6. Ubi? / *Temporis* . . . . . 7. Qvando? 20.

2. *Ad actionem moraliter & ethicè bonam requiritur, ut omnes circumstantiæ morales rectè se habeant.*

3. *Qvòd si vel una rectè se non habet, vitiatur actio.*

4. Politica *tamen moralitas judicatur secundùm ea tantùm, qvæ in oculos incurrunt, aut aliàs probari possunt.* 25.

2. Efficientis in { *Elicitam*, qvæ efficitur à voluntate immediatè, seu elicitur à voluntate intrà se ipsam: ut, *velle, nolle, eligere, rejicere.* / *Imperatam*, qvæ efficitur à voluntate mediatè, seu, qvæ ad imperium voluntatis efficitur ab aliis potentiis, puta appetitu sensitivo, & locomotivâ. e.g. *edere.* 30.

* *Moralitas actionum Ethica* { *primariò* / *secundariò* } *est in actionibus* { *elicitis.* / *imperatis.*

3. Adjuncti in { *Internam*, seu *immanentem*, qvæ non incurrit in sensûs aliorum hominum: e.g. *velle, imaginari, meditari.* / *Externam* seu *transeuntem*, qvæ incurrit in sensûs aliorum hominum, e.g. *edere, bibere, ambulare, movere manum, pedem.* 35.

* 1. *Omnis actio externa est imperata, sed non contrà.*


2. *Actio externa subdividitur in* spontaneam & invitam. *De qvibus Tab. seq.*

3. *Actionis externæ spontaneæ* principia *sunt certæ Actiones internæ. De qvibus Tab. XII.* 40.

Complexa, qvæ { oritur ex conjunctione Actionis { Elicitæ & imperatæ. / Internæ & externæ. } / dividitur { 1. in Actum { *commissionis*, seu positivum. / *omissionis*, seu negativum. } / 2. in eam, quæ habitum moralem { *antecedit.* / *sequitur.* } } 45.

* *Actio, qvæ habitum moralem* { *Virtutis sequitur* / *Vitii* ——— / *antecedit* } *habet gradum libertatis* { *maximum:* / *minimum:* / *mediocrem.*

Circà



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [27] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [28] - -

TAB. XI.

De Spontaneo & Invito.

Circà spontaneum & invitum notentur

I. Distinctio vocis. Spontaneum accipi potest { 1. per modum { *abstracti.* / *concreti*, & ita h.l. } 2. ut notet aliqvid *homini* { *cum brutis commune.* / *proprium*, & ita sumimus h.l. } §.

II. Synonymia. Actio { spontanea / invita } vocatur etiam { *voluntaria.* / *involuntaria.* }

III. Divisio Actionis humanæ externæ *in merè*

- *Spontaneam*, cujus { 1. *Requisita*, ut aliqvis agat { SCIENS, nempe circumstantias morales. / VOLENS, id est, ex libertate voluntatis suæ. } 2. *Definitio.* Actio spontanea, cujus principium (*primum morale*, nempe *VOLUNTAS*) est in agente, & singula, in qvibus actio est, (*i. e. circumstantias morales*) SCIENTE. 10.
- *Invitam*, cujus { 1. *Definitio*: Actio invita est, cum qvis aliqvid agit INSCIUS, vel saltem NOLENS. 15.
  - per *Ignorantiam*: cujus causa (*sine qvâ non*) est ignorantia invincibilis, ita ut cognito postea, qvod ignoratum erat actionem sequatur dolor, seu pœnitentia. *e.g. si qvis venator hominem inter frutices latitantem interficiat pro ferâ, non facturus, si sciviſſet, esse hominem, & ideò errore suo agnito dolens.* 20.
  - 2. *Subdivisio* in Invitam { * *Pro definitionis meliori expositione notetur:*
    1. *Ignorantia tum dicitur esse causa, qvando tollit eam scientiam, quâ positâ voluntas non erat illam actionem imperatura. Unde* PER ignorantiam, *sive* EX Ignorantiâ (*tanqnam ex causâ*) *agere ille dicitur, qvi id agit, quod non egisset, si sciviſſet. Hujus rei signum est, si agnitionem erroris sequatur pœnitentia facti. Nam ubi non sequitur, ibi ignorantia non judicatur causa, sed comes tantum fuisse illius actionis.* 25.
    2. *Ignorantia vincibilis* (invincibilis) *est, cùm qvi nescit ea, qvæ scire poterat ac debebat,* (non poterat, nec debebat.) *Potest autem ac debet unusqvisqve scire* 30.
      - jus suum, *sive est* Jus { Naturale, *cordibus humanis à Deo inditum:* / Positivum *ejus societatis, cujus ipse est membrum.* }
      - circumstantiarum moralium eas, *quæ absque crassâ ignaviâ ignorari non possunt.*

    Juris . . . { *ignorantia vocatur* / *item ignorantia* } { *universalium.* / *particularium*, item *facti.* } 35.

  per *violentiam* seu *coactionem*, cujus principium est extra (*voluntatem*) ita, ut ille, qvi agit aut patitur, nihil (*ex suâ voluntate*) ad eam conferat: *e.g. cum qvis manu tuâ violenter in alium torqvet: item, cùm venti impetu aliqvo abripiaris.* 40

III. Gradus Intermedii. Interjacet enim inter spontaneum & invitum per

- ignorantiam, *Non-spontaneum*, h. e. quod nec merè spontaneum, nec merè invitum per ignorantiam est: ut cùm ignorantia non *causa* est actionis, sed *comes* tantùm, ita, ut erroris cognitionem non sequatur dolor. *Exemplo sit ille, qvi lapide, qvo corvum prætervolantem petebat, aberrante, & in novercam recidente: ne sic qvidem malè, inqviebat.* 45.
- violentiam, *Actio mixta*, h. e qvæ nec merè spontanea, nec merè violenta est, cùm scil. metu vel præsumtione majoris mali minus malum aliqvis eligit. *Exemplo sint mercatores, in periculo naufragii mercium jacturam facientes.*

IV. Theoremata.

- *1. Actio mixta magis est spontanea, qvàm invita: melius enim in eam spontaneæ definitio qvadrat.* 50.
- 2. Voluntas, *qvæ ad actionem mixtam concurrit, dicitur esse* non-plena, *qvia cum dolore fertur in rem alioqvi malam & aversabilem, qvæqve extra illas circumstantias non eligeretur.*
- 1. Actionem spontaneam maximè facit actus voluntatis. Nam scientia est tantùm causa sine qvâ non. 55.
- 2. Itaqve invitum per violentiam minimè est spontaneum.
- 3. Et invitum per ignorantiam ideò non est spontaneum, qvia voluntas non concurrit ad ultimam specificationem actûs.
- 4. E diverso actio mixta magis est spontanea, qvia concurrit. 60
- 5. Ignorantia verò vincibilis & affectata actum ideò non reddit simpliciter invitum, qvia voluntas ad eum concurrit saltem mediatè.
- 6. Et actio illa, cujus comes tantùm est ignorantia, ex eo habet gradum spontaneæ, qvia ad eam concurrit volendi si non actus, saltem habitus.
- 7. Actiones morales, qvo magis [*minus*] sunt spontaneæ, eò magis (*minus*) sunt morales, eoq; magis (*minus*) merentur, si bonæ sunt, laudem & præmium, si malæ, vituperium & pœnam.

De

TAB. XII. De Principiis Actionum humanarum.

I. *Quis h.l. sit sensus quæstionis: Quot sint principia Actionum humanarum?* Resp. nihil aliud qværit hæc quæstio, quàm: Quot sint actiones animæ rationalis internæ, è qvibus, tanqvam principiis fluant Actiones spontaneæ externæ? Repete Tab. X. §.

De Principiis Actionum Humanarum notetur

universim

II. *Numerus Principiorum.* Ea sunt *qvatuor*:
- Duo circà finem: in Intellectu CONSCIENTIA: in Voluntate VOLUNTAS strictè dicta;
- Duo circà media: in Intellectu CONSULTATIO: in Voluntate ELECTIO.

sigillatim, qvod attinet ad

I. CONSCIENTIAM
1. *Homonymia.* Conscientia est vel rei
- *factæ.* Quo sensu distingvitur objectivè in bonam & malam.
- *faciendæ*, & ita sumitur h.l.

2. *Definitio.* Conscientia h.l. est actus intellectûs Practici circà finem ipsum, talis scil. qvo judicatur ab intellectu an actio sit honesta, an turpis, an indifferens? 15.

3. *Divisio* ratione formæ in
- *Rectam*, qvæ rectè judicat, ob intellectûs rectitudinem.
- * *Rectè judicare est actionem*: *honestam / turpem / indifferentẽ* — *judicare*: *honestam, turpem, indifferentẽ.*
- *Errantem*, qvæ non rectè judicat ob intellectûs deceptionem aut depravationem. 20.

* *Non rectè sed perperam judicare, est actionẽ*: *honestam / turpem / indifferentem* — *judicare*: *turpem vel indifferentem, honestam vel indifferentem, honestam vel turpem.*

II. VOLUNTATEM
1. *Homonymia.* Voluntas sumitur pro
- *potentiâ* volendi: & sic supra Tab. IV. 25.
- *actu* volendi
  - *circà finẽ & media*, & sic dividitur
    - 1. in *plenam / non plenã* qvæ locum habet in actionibus: merè spontaneis. mixtis.
    - 2. in *efficacem*, qvæ non tantùm vult finem, sed & media. *inefficacem*, seu *complacentia* (solius,) qvæ vult quidem finem, sed non media. 30.
  - *circà finem solùm*, & ita hoc loco.

2. *Synonymum.* Vocatur etiam *Volitio.*

3. *Definitio.* Voluntas h.l. est actus voluntatis (*id est potentiæ volendi,*) circà finem ipsum. 35.

III. CONSULTATIONEM
1. *Synonymum.* Vocatur etiam *Deliberatio.*

2. *Definitio.* Consultatio est actus intellectûs practici circà media, i.e. inqvisitio mediorum ad finem conducentium, & eorum dijudicatio.

3. *Objectum*, Media. 40

* 1. *Media*, ut *sub consultationem cadant*, præterea requiritur, ut *sint vel videantur*
- 1. Possibilia homini, & qvidem illi ipsi, qvi deliberat, vel in cujus gratiam deliberatur.
- 2. multa *tantùm* ad minimum duo. *Nam ut ex uno nulla datur electio, sed ex multis: ita nec de uno datur consultatio, sed de multis.*

2. *Defectu primæ conditionis non deliberatur de*
- *præteritis.* 45.
- *futuris necessariis.*
- *contingentibus casualibus vel fortuitis.*
- *iis, qvæ sunt extra potestatem deliberantis &c.*

IV. ELECTIONEM
1. *Definitio.* Electio h.l. est actus voluntatis circà media, per qvem scil. voluntas è multis mediis ab intellectu dijudicatis, pro arbitrio certum aliqvod, sepositis cæteris, eligit. 50.

2. *Objectum* idem est cum objecto consultationis.

† *Aristoteles lib. III. Nicom. de spontaneo, ELECTIONE, consultatione, voluntate, & libero arbitrio eum in finem egit, ut declararet genus virtutis moralis, dum dicitur habitu ELECTIVUS. Perperam creditum est vulgo, voluisse eum nobis principia actionum humanarum per ista capita annumerare: cum ipse nullibi sollicitus sit de alio principio, qvàm qvod est proximum, actus appetitus sive sensitivi sive rationalis. Interim ista præsumtione facium est, ut alii, cùm de principiis actionum qværitur, qvinq; ista, qvæ lib. III. Nicom. exponi diximus, nominarent omnia, alii tria tantum ex illis, pleriq; qvatuor. Hi optimè, nisi qvod spontaneum differentia potius est actionum, qvàm principium. Itaq; in ejus locum substituimus conscientiam, ut qvomodocunqve recepta doctrina condescenderemus. Invitatum actionum principia intelligi possunt è Tabulâ præcedente.* 55.

I. *Essen-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [31] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [32] - -

TAB. XIII. De Divisione Virtutis moralis.

I. *Essendi*, ut Genus *in species* Quæ secundùm Aristotelem sunt *undecim*, & specificationem capiunt, aliæ *ab objecto* præcipuè

- *Interno* seu Affectu circà
  - Malum, qvi est *Timor* læsionis corporeæ, hinc FORTITUDO. 1.
  - Bonũ, qvi est *Cupiditas*
    - *voluptatis corporeæ*, hinc TEMPERANTIA. 2.
    - *opum*
      - *modicarum*, hinc LIBERALITAS. 3.
      - *magnarum*, hinc MAGNIFICENTIA. 4.
    - *honoris*
      - *modici*, hinc MODESTIA. 5.
      - *magni*, hinc MAGNANIMITAS. 6.
    - *vindictæ*, seu iræ, hinc MANSVETUDO. 7.

  de his universim Tab. seq. 10. singillatim Tab. XV & deinceps. 5.

- *Medio*, qvod est *sermo* in conversatione communi. Unde sũt virtutes homileticæ dirigentes sermonem circà
  - *verum* de se ipso dicendum, hinc VERITAS. 8.
  - *jucundum* in
    - *seriis*, hinc COMITAS. 9.
    - *jocis*, hinc URBANITAS. 10.
- *Externo*, quod sunt bona vel mala externa, qvatenus *sub distributionem aut commutationem* cadunt, hinc particularis JUSTITIA. 11. 15.

Virtus Moralis dividitur vel secũdùm *modos*

* 1. *Aristoteles* Fortitudinem & Temperantiam *primo*, Justitiam *extremo loco posuisse ideò videtur, qvia hunc ordinem his virtutibus tribuebant etiam veteres ante ipsum, cùm virtutes cardinales digererent. Vid. Tab. XXIV.*

2. *Inde factum, ut Justitiæ anteponerentur etiam* virtutes homileticæ, *tametsi gradum dignitatis aliàs obtineant adeò exilem, ut in iis nec Heroica virtus qværi debeat, nec Semivirtutem indagare voluerit Aristoteles.* 20.

3. *Interim à veteribus in eo rursum secessionem Aristoteles fecit, qvòd* differentias *virtutum moralium particularium specificas qvæsivit in* Objectis, non generalissimis *duobus* (*affectu circà malum & bonum, seu ut illi nominabant interdum, voluptate & dolore, Vid. Tab.* XXX.) sed satis specialibus. 25.

4. *Itaque* Fortitudinem & Temperantiam *retraxit ad illos affectus, qvi homini maximè sunt cum brutis communes, cùm unicè versentur circa τὰ ὑγρὰ τῆς φύσεως.* 30.

5. *In hac viâ agnovit etiam, præter* Justitiam universalem, *cui soli veteres hoc nomen dedisse videntur, dari debere* particularem.

6. *Nec putandum est tamen, omnes istas species esse* specialissimas. *Potest enim Temperantia certè & Justitia in novas species diduci.* 35.

7. *In* Liberalitate *autem* & Magnificentia, *in* Modestiâ *item* & Magnanimitate *ad discrimen specificum non sufficit ratio magni & parvi nudè accepta, sed addendæ sunt rationes cæteræ Tab.* XVIII. & XX. *à nobis ponendæ.*

II. Concipiendi. Concipitur enim vel ut perficit hominem *in ordine ad*
- *seipsum*, & sic retinet nomen VIRTUTIS.
- *alios homines*, & sic vocatur JUSTITIA, & qvidem universalis, de qvâ Tab. XXIV. 40

III. Existendi, in gradûs, qui sunt
- Semivirtus
- Virtus communis
- Virtus Heroica.

} De qvibus Tab. *XXVII.* 45.

† *Rectissimè observavit Strigelius, Aristotelem virtutum enumerationem sumsisse ab his tribus, qvæ sunt: AFFECTUS, RES, SERMO.*

* Habes

TAB. XIV. Synopsis omnium virtutum & vitiorum moralium.

* *Habes hic* { *omnium virtutum & vititorum moralium* { *nomina græcolatina, objecta materialia & consequenter definitiones* } *secundùm Aristotelem* ; *signum, unde circà quamlibet virtutem cognosci possit, excessui an defectui sit propior.*

	Nomina Virtutum		Objecta	Nomina vitiorum	
	Latina	Græca	E. Extern. I. Intern. M. medium.	exc. excedentis : def. deficientis.	
I.	Fortitudo.	Ἀνδρεία.	I. Timor, & Fiducia. φόβου καὶ θαῤῥους.	exc. Audacia. Θρασύτης.	
				def. Timiditas. Δειλία.	
			I (percipiuntur	exc. Intemperantia. Ἀκολασία.	
II.	Temperantia.	Σωφροσύνη.	Voluptates quæ gustu & tactu ἡδοναὶ καὶ λύπαι αἱ ἐν ἁφῇ καὶ γεύσει.	def. Stupiditas. Ἀναισθησία.	10.
III.	Liberalitas.	Ἐλευθεριότης.	E. Pecuniæ modicæ. τὰ χρήματα μέτρια.	exc. Prodigalitas. Ἀσωτία.	
				def. Avaritia. Ἀνελευθερία.	
IV.	Magnificentia.	Μεγαλοπρέπεια.	E. Pecuniæ, seu sumptus magni. τὰ δαπανηρὰ ἐν μεγέθει.	exc. Luxus. Βαναυσία.	
				def. Sordities. Μικροπρέπεια.	15.
V.	Modestia.	Φιλοτιμία.	E. Honores modici. τὰ μέτρια τῆς τιμῆς.	exc. Ambitio. Φιλοτιμία.	
				def. Inambitiositas. Ἀφιλοτιμία.	
VI.	Magnanimitas.	Μεγαλοψυχία.	E. Honores magni. τιμὴ μεγάλη.	exc. Inflatio. Χαυνότης.	
				def. Pusillaminitas. Μικροψυχία.	20.
VII.	Mansuetudo.	Πραότης.	I. Ira. ὀργή.	exc. Iracundia. Ὀργιλότης.	
				def. Lentitudo. Ἀοργησία.	
IIX.	Veritas.	Ἀλήθεια.	M. Dicere ea, quæ nobis insunt. ὁμολογεῖν τὰ ὑπάρχοντα περὶ αὐτόν.	exc. Jactantia. Ἀλαζονία.	
				def. Dissimulatio. Εἰρωνία.	30.
IX.	Comitas.	Φιλία.	M. Delectare in conversationibus seriis : ἡδυναὶ ἐν ταῖς ὁμιλίαις.	exc. Adulatio. Κολακία.	
				def. Morositas. Δυσκολία.	
X.	Urbanitas.	Εὐτραπελία.	M. Jocari, seu delectare in conversationibus jocosis. παίζειν.	exc. Scurrilitas. Βωμολοχία.	
				def. Rusticitas. Ἀγροικία.	35.
XI.	Justitia.	Δικαιοσύνη.	E. Bona & mala externa. τὰ ἀγαθὰ. περὶ ὅσα ἐυτυχία, καὶ ἀτυχία.	exc. simul & def. } Injustitia. Ἀδικία.	

* 1. *Virtutibus & vitiis quibusdam vulgò non fuerunt posita nomina peculiaria & propria, sed necesse fuit, ut Philosophi vocabula quædam aliàs usitata huc transferrent. Quâ in re sic* 40 *versatus est Aristoteles, ut ne vitio quidem inditum nomen virtuti accommodare vereretur, ut exemplo* Modestiæ *patet. Itaque singula hic exaudienda sunt eo sensu, quem aperiet definitio.*


2. *Tametsi Liberalitati & sequentib. tribus virtutibus quæ in hac Tabulâ assignantur objecta, externa* 45 *sunt : tamen ad vim harum virtutum rectius intelligendam prodest, dum externa hæc objecta audiuntur,* interna *statim concipere animo, h. e. cupiditatem pecuniæ & honoris.*

3. *E duobus externis vitiis illud habendum est pro deteriore, à quo virtus magis recedit.*

4. *Ab utro autem vitio virtus unaquæque magis recedat, id facillimè poterit investigari è moribus ho-*

I. Ho-

minum perversè philautôn.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [35] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [36] - -

De Fortitudine.

Fortitudinis notetur

I. *Homonymia.* Fortitudo accipitur { *latè*, ut dividi possit in Togatam & Bellicam. Et sic recentiores ferè. / *strictè* pro solâ Fortitudine *Bellicâ*. Et sic Aristoteles & nos cum eo.

II. *Definitio.* Fortitudo est virtus servans mediocritatem circà metum (*propriè sic dictum*,) & fiduciam [*talis metui oppositam*,] magis tamen circà metum. §.

III. Objectum { *Externum* { Res / Personæ } formidabiles seu metum moventes, ut { pericula bellica / hostes.

*1. Formidabilia *hîc intelligûntur ea, quæ* { *1. metuuntur ab homine*, quatenus est animal. *Ad hoc autem requiritur*, { *ut* { *1. Possint corpori inferre* dolorem positivum, *qui scil. primò nascitur ex applicatione rei lædentis corpus. Talis dolor est ex vulneratione, contusione &c.* / *2. Possint robore corporis propulsari.* 10. 15.

2. eveniunt occupatis in re civiliter honestissimâ. Hæc verò præcipuè est bellum pro patriâ.

2. Hinc patet { *1.* Mortem *esse terribilium hujusmodi terribilissimum.* / *2.* Mortem bellicam *præcipuum esse objectum Fortitudinis.* 20

Internum { *primarium*, Metus propriè dictus, id est, aversatio ejus doloris, qui homini competit ut animali, & directè ejus vitam petit. / *secundarium* Fiducia tali metui oppositæ.

Medium. Actus { audendi / timendi } i.e. hostem aut pericula bellica { aggrediendi. / sustinendi. / non aggrediendi. / fugiendi. 25.

* *Fortitudo, quatenus exercet officium sustinendi, Patientia vocatur.*

IV. *Divisio analogica* in { *Veram*, cujus primum & validissimum movens (sicut cujuslibet virtutis veræ) est *honestas.* / *Apparentem*, cujus primum & validissimum movens (sicut cujuslibet virtutis apparentis) non est honestas, sed quid aliud: puta hîc vel { *1. cupiditas gloriæ, aut infamiæ metus*, { civilis. 1. / militaris. 2. / *2. experientia bellica*, iracunda. 3. / *3. ira*, ex spe. 4. / *4. spes victoriæ*, ignorans. 5. / *5. ignorantia periculi*, } Et vocatur Fortitudo 30. 35.

V. *Extrema* in { excessu, *Audacia* / defectu, *Timiditas* } quæ in audendo modum { excedit. / deserit.

VI. *Mediocritas.* Fortitudo vicinior est excessui, quàm defectui. Quia è contrario, qui circà vivendi cupiditatem φιλόψυχος est, is magis est timidus, quàm audax.

VII. *Cognatum.* Fortitudo Togata, & quælibet Fortitudo in periculis extrà bellum. 40

† *Plerique Fortitudinem togatam speciem potiùs, quàm cognatum faciunt Fortitudinis Aristotelicæ.*

I. *Homonymia.* Temperantia accipitur { *latè* pro Temperantiâ Cardinali. / *strictè* pro Temperantiâ circà solas voluptates corporis, & ita h. l.

II. *Definitio.* Temperantia est virtus servans mediocritatem circà voluptates, qvæ gustu & tactu [*venereo*] percipiuntur.

* Tactus *hîc gustui contradistingvitur, potest tamen sic etiam extendi, ut gustum comprehendat. Qvo pacto per unitatem objecti habebitur unitas virtutis.*

TEMPERANTIAE notetur

III. *Objectum* {

Externum ex parte { gustûs, *Res* gestabiles { Cibus. / Potus. } / tactûs, *Persona* alterius sexûs.

Internum cupiditas voluptatum, qvæ homini cõpetunt ut animali, id est *voluptatum* { non animi, sed *corporis*: / non visûs, auditûs odoratûs, (nisi ex obliqvo,) sed gustûs & tactûs: nam hæ καθ' ἐξοχὴν vocantur voluptates corporis. Vid. Tab. XXX. / tactûs verò non cujuslibet, sed Venerei.

* 1. Cupiditas *hæc gustûs & tactûs, qvatenus est à naturâ animali, (e. g. cùm esuriens cibum appetit simpliciter sine fastidio delicato) est affectus indifferens, vocatur q. cupiditas* communis & naturalis.

2. *Præter hanc datur etiam* cupiditas propria & voluntaria, *(cùm e. g. esuriens fastiditis aliis cibis, à qvibus tamen natura ejus non abhorret, certum aliqvem, aut certas conditiones habentem morosè appetit.) Talis cupiditas non jam indifferens, sed malitiam determinata est.*

3. *Voluptati corporis opponitur* dolor privativus, *qvi nascitur ex negatione ejus jucundi, qvod hujus virtutis objectum externum est.*

Modum, actus { fruendi / abstinendi } illo objecto externo.

IV. *Species.* Temperantia circà { gustum { cibi, *Abstinentia.* / potûs, *Sobrietas.* } / tactum, *Castitas.*

V. *Extrema* in { excessu, *Intemperantia*, circà { gustum { cibi, qvoad cupiditates { naturales, *Edacitas*, seu *voracitas*, γαστριμαργία. / voluntarias, ἀψοφαγία Aristoteli. III. Eudē. 2 } / potus, *Bibacitas*, seu *Ebriositas*, οἰνοφλυγία. } / tactum, *Salacitas*, λαγνία. }

* *Vitia circà rem veneream præternaturalia referenda sunt ad Feritatem, seu Bestialitatem.*

defectu, *Stupiditas* seu *vacuitas sensus.* Hoc vitium vulgò est ἀναίσθησια. ἀνοσφρησία.

VI. *Mediocritas* {

1. Temperantia vicinior est defectui, qvàm excessui. Quia è contrario, qvi circà voluptates corporis φιλήδων est, magis hîc excedit, qvàm deficit.

2. Temperantia cupiditates { naturales, quia indifferentes sunt, ad modum revocat, / voluntarias, qvia malæ sunt, planè exstingvit.

Libe-

35. Ubrichtas. 9 Opspoeg & arte bibendi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [39] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [40] - -

TAB. XVII. De Liberalitate.

Liberalitatis notetur

I. *Homonymia.* Liberalitas in Ethicis sumitur { *latè*, ut Magnificentiam includat. *strictè*, ut Magnificentiæ contradistinguatur. Et ita h. l.

II. *Definitio.* Liberalitas est virtus mediocritatem servans circà pecunias modicas dandas & accipiendas; magis tamen circà dandas. §.

III. *Objectum* { *Externum*, pecuniæ seu opes modicæ, τὰ χρήματα μέσα καὶ μικρά.
* Τῶν χρημάτων nomine h. l. non tantùm comprehenduntur nummi, sed etiam alia bona fortunæ, quæ nummis æstimari solent.
Internum, cupiditas pecuniæ parvæ seu mediocris.
Medium { primarium { actus pecuniam modicam { dandi { sumptus faciendo: gratis donando. accipiendi. 10.
secundarium

* *Objectum medium etiam quæri potest in actibus contradictoriis* { *dandi* / *non dandi.*

IV. *Extrema* in { excessu, *Prodigalitas.* defectu *Illiberalitas seu Avaritia.* 15.

V. *Mediocritas.* Liberalitas vicinior est excessui qvàm defectui. Qvia è contrario, qvi circà pecuniam modicam φιλάυτος est, magis in dando deficit, quàm excedit.

VI. *Cognatum* ratione Objecti { medii, qvod est dare, *Officiositas*, cujus species *Hospitalitas*. De qvibus in tractatu de Amicitiâ cognoscitur. 20.
externi, qvod est pecunia, *Justitia particularis*, de qvâ suo loco.

Magnificentia ingenita actiua, e passiua quæ magni fieri debet. Passiua v. g. est cum Rector Sc. Magnificitq.

TAB. XVIII. De Magnificentiâ.

Magnificentiæ notentur

I. *Definitio.* Magnificentia est virtus mediocritatem servans in sumptibus magnis.

II. *Objectum* { *Externum*, sumptûs magni, conferendi in opera vel actûs ipsi Reip. utiles aut honorificos: *e. g. in exstructiones templorum, arcium, fundationes scholarum, ludos publicos, convivia nuptialia, pompas funebres, & similia.* 25.
Internum, cupiditas pecuniæ in sumptûs hujusmodi magnos conferendæ.
Medium, actus sumptûs magnos { faciendi. non faciendi. 30.

III. *Discrimen à Liberalitate*: ex { *Objecti* { really { 1. Liberalitas cernitur in pecuniis *modicis*, Magnificentia in *magnis*. 2. Liberalitas versatur in *donis gratuitis ergà privatos*, Magnificentiâ in *sumptibus ergà Rempublicam*, vel procurandæ ejus salutem vel splendorem.
Subjecti. Liberalitas cadit in *utcunq; divitem*, etiam plebejum; Magnificentia non nisi in *valdè opulentum*, & alicujus inter cives dignationis hominem. 35.

IV. *Extrema*, in { excessu, *Luxus.* defectu, *Sordities.*

V. *Mediocritas.* Magnificentia vicinior est excessui, qvàm defectui: causa è doctrinâ Liberalitatis facilè intelligitur.

TAB. XIX. De Modestiâ.

Modestiæ notetur

I. *Definitio.* Modestia est virtus mediocritatem servans circà honores modicos.

II. *Objectum*
- *Externum*, Honor modicus, i.e. parvus seu mediocris.
- *Internum*, Cupiditas honoris modici.
- *Medium* Actus honorem modicum
  - ambiendi, petendi, accipiendi, sustinendi.
  - non ambiendi, recusandi, spernendi, deponendi.

III. *Extrema* in
- excessu, *Ambitio.*
- defectu, *Inambitiositas*, i.e. nimia modici honoris neglectio.

IV. *Mediocritas*
1. Modestia vicinior est defectui, qvàm excessui. Qvia è contrario qvi circa honorem modicum est φιλότιμος, magis eum ambire, qvàm negligere solet. 10.
2. Honor à viro bono appetitur non ut finis ultimus, sed ut medium seu instrumentum ad actus virtutis in civili societate melius exercendos.

TAB. XX. De Magnanimitate.

Magnanimitatis notetur

I. *Definitio.* Magnanimitas est virtus mediocritatem servans circà honores magnos.

II. *Objectum*
- *Externum*
  - *primarium*, honores magni, i. e. ii, qvi in Rep. summi sunt, aut summis proximi. 15.
  - *secundarium*, cætera bona externa, qvatenus ea magnis illis honoribus subordinantur.
- * *Honorem inter bona externa (qvæ qvidem superiori possint ab inferiore tribui,) principem tenere locum, inde probaveris, qvia ab homine majus aliqvid honore ne DEO qvidem pro beneficiis reddi potest.* 20

Magnanimitatis notetur
- *Internum*, Cupiditas honoris magni.
- *Medium*
  - *proximum*, actus honorem magnum
    - ambiendi, accipiendi, gerendi.
    - denegatum spernendi.
  - *remotum*, actûs aliarum virtutum, prout in iis summus in Rep. vir ita gerere se potest, ut autoritatem suam atqve existimationem tueatur. 25.

III. *Discrimen à Modestiâ* ex parte
- *Objecti*
  1. Modestia cernitur in honoribus *parvis*; Magnanimitas in *magnis*.
  2. Modestia in *solis honoribus*; Magnanimitas in *cæteris etiam externis* occupatur *bonis*.
- *Subjecti* Modestia cadit in hominem *utcunqve virtutibus præditum*; Magnanimitas non nisi in *præditum virtutibus multis & magnis*, atqve omninò talem, qvi ob merita in Remp. magnis esse honoribus dignus videatur. 30

IV. *Extrema* in
- excessu *inflatio*, seu *superbia.*
- defectu *pusillanimitas.*

V. *Mediocritas.* Magnanimitas vicinior est defectui, qvàm excessui. Causa è doctrinâ modestiæ facilè intelligitur. 35

* *Sic exponenda est Magnanimitas, ne cum Christianâ humilitate pugnet.*

TAB. XXI. De Mansvetudine.

Mansvetudinis notetur

I. *Definitio.* Mansvetudo est virtus mediocritatem servans circà iram.

II. *Objectum*
- *Externũ*, ea qvæ iram movent
  - *Res*, injuriæ, ut damnum, contumelia, contemptus. 40
  - *Personæ*, injuriâ afficientis.
- *Internum*, Ira, qvæ est cupiditas vindictæ, seu, ut habet Aristoteles I. de An. I. ἀντιλυπήσεως, doloris reponendi.
- *Medium*, Actus vindictam
  - exercendi.
  - non exercendi.


III. *Extrema* in
- excessu, *Iracundia*, cujus tres ab Aristotele species numerantur
  1. *Excandescentia*, ὀργιλότης, citò irascens, citò placabilis. 45.
  2. *Acerbitas*, πικρία, tacitè, sed graviter irascens, placabilis tamen.
  3. *Atrocitas*, seu *savitia*, χαλεπότης, gravissimè irascens nec nisi per atrocem vindictam placabilis. 65.
- defectu, Lentitudo.

IV. *Mediocritas.* Mansvetudo vicinior est defectui, qvàm excessui. Qvia è contrario φιλόνεικος ille, à latas sibi injurias vindicare magis, qvam condonare solent.

Virtu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [43] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [44] - -

TAB. XXII. De Virtutibus Homileticis: Veritate, Comitate & Urbanitate.

Virtutum Homileticarum nocentur

I. *Etymologia.* Vocantur *Homiletica*, qvia locum habent ἐν τῇ ὁμιλίᾳ, h. e. in colloqviis aut conversatione communi.

II. Species tres

I. VERITAS. Cujus

1. *Synonymum.* Vocatur & *Veracitas.*

2. *Homonymia.* Veritas Ethica sumitur { *Confusè* pro veritate Ethicâ & Justitiariâ simul: & sic ferè hoc loco à recentioribus. / *distinctè*, pro veritate { *Justitiariâ*, de qvâ Tab. seq. / *homiletica*, & ita h. l. à nobis. }

* *Veritatem* Justitiariam (*sic appellare liceat*) *ab* homileticâ *clarissimè distinguit Aristoteles IV. Nicom. 7. his verbis:* ὁ γὰρ περὶ τοῦτ' ἐν τοῖς ὁμολογίαις ἀληθεύων & λεγόμενα καὶ ὄντα ἐθέλων ἀδικεῖν ἧττον ἀδικεῖ καὶ ἐλάττονος ψόγου ἄξιος. *Ut mirum sit, qvomodo confundere potuerint, hunc textum legentes. A qvibus tamen rectissimè secessionem fecit hodiè Celeberrimus Johannes à Felden, & homileticam veritatem intrà terminos ab Aristotele positos se continere jussit. Neque aliter potest refutari cavillum Grotii, carpentis Philosophum, qvod veritati deberi opposita minimè ex aqvo respondentia.*

3. *Definitio:* Veritas h. l. est virtus servans mediocritatem circà dicendam de se in conversatione communi veritatem.

4. *Objectum* { *Externum*, Personæ in conversatione communi nobis oblatæ, qvatenus inde de nobis loqvendi occasionem nanciscimur. / *Internum*, cupiditas de se loqvendi. / *Medium*, actus de se aliqvid { fatendi. / non fatendi. }

5. *Extrema* in { excessu *Jactantia*, / defectu *dissimulatio* } qva qvis sibi ea bona esse { affirmat, qvæ non habet, aut majora negat, qvæ habet aut minora } { tribuit, qvàm habet.

6. *Mediocritas.* Veritas vicinior est *defectui*, qvàm excessui, qvia è contrario φίλαυτοι magis solent esse jactatores suorum bonorum, qvàm dissimulatores.

II. COMITAS. Cujus

1. *Synonyma.* Vocatur etiam *Humanitas*, *Affabilitas.*

2. *Definitio.* Comitas est virtus, servans mediocritatem circà placendum aliis in conversatione seriâ.

3. *Objectum* { *Externum*, personæ nobis in conversatione seriâ oblatæ, qvatenus illis sermone aut gestu placere possumus. / *Internum*, cupiditas aut torpor, aliis in eâ conversatione placendi. / *Medium*, actus { loqvendi / non loqvendi } aliis placentia.

4. *Extrema* in { excessu, *Adulatio.* / defectu, *Morositas.* }

5. *Mediocritas.* Comitas vicinior est *excessui*, qvàm defectui, qvia è contrario τοῖς φιλάυτοις magis adhæret morositas, qvàm assentatio.

III. URBANITAS. Cujus

1. *Definitio.* Urbanitas est virtus mediocritatem servans in jocando.

2. *Objectum* { *Externum*, personæ nobis in conversatione jocosâ oblatæ. / *Internum*, cupiditas jocandi. / *Medium*, actus { jocandi. / joco abstinendi. }

3. *Extrema* in { excessu *Scurrilitas*, / defectu *Rusticitas*, qvæ nec jocari, nec jocos aliorum honestos placidè excipere potest.

4. *Mediocritas.* Urbanitas vicinior est *excessui*, qvàm defectui. Qvia è contrario φίλαυτοι in jocis deficiunt potius, qvàm excedunt.

TAB. XXIII. De Justitiâ Particulari.

I. *Homonymia.* Sumitur vox Justitiæ { *totaliter* pro Justitiâ *universali*: de qvâ Tab. seq. / *partialiter*, pro Justitiâ *particulari*: & ita h.l.

* *Totidem modis usurpatur & vox Injustitiæ.*

II. *Definitio*: Justitia particularis est virtus mediocritatem servans in bonorum externorum distributione aut commutatione jure stricto debitâ. 5.

III. *Objectum*:
- *Externum* { *Reale*, bona vel mala externa (lucrum vel damnum) qvatenus cadunt sub distributionem vel commutationem. / *Personale*, Personæ, qvatenus inter eas locum habet distributio vel commutatio.
- *Internum*, Affectûs varii in res vel personas, qvi si immoderati sint, impellere solent homines ad faciendam aliis injuriam. 10.
- *Medium*, Actûs in illâ distributione vel commutatione assignandi { multum. / parum.

JUSTITIÆ notetur IV. *Species* duæ: qvarum

1. Nomina: { *Distributiva* / *Commutativa* } qvæ ab Aristotele { διανεμητικὴ / διορθωτικὴ } à Grotio { *attributrix*, *Assignatrix*, / *expletrix*. } 15.

* 1. *Ut* commutativam *græcè* vertas συναλλακτικὴν, (*qvæ tamen vox ab Aristotele non est*:) *sic* διορθωτικὴν *latinè* emendativam, *vel* correctricem.

2. *Grotius, tametsi eosdem cum Aristotele species Justitiæ exponere vult videri: tamen, ut in iis definiendis ab Aristotele perperàm intellecto præter rationem discedit: ita ne in ipsorum qvidem definitorum conceptibus cum eo per omnia consentire videtur. l. 1. c. 1. §. 8. & 2.* 20.

2. Comparatio.
- (1.) Justitia *Distributiva* officium suum facit *distribuendo* in singulos, qvod erat universorum, sive sit lucrum (v.g. honores, præda,) sive damnum, (v. g. onera.)
- Justitia *commutativa* officium suum facit, singulorum (vel certè ita consideratorũ) { voluntarias *dirigendo*: / invitas *corrigendo*. } 25.
- cum singulis commutationes
- Unde subdividitur in Justitiam { *directivam*, seu commutativam strictè dictam: / *correctivam*, seu emendativam.

* 1. *Commutatio vocatur etiam* contractus. *Estq; duplex è mente Aristotelis:* 30.
- { Voluntarius, *qui utrinq; talis est: e.g. emptio & venditio: locatio & conductio.* / Invitus, *qvi sit alterâ parte, quæ fefl. injuriam patitur, invitâ ac nolente, sive*
- *fiat* { clam: *e.g. furtum, veneficium, falsum testimonium.* / palam *& per vim manifestam: e.g. latrocinium, verberatio, convicium.*

2. *Contractus invitus, prout hic intelligitur, est injuria, seu actus injustitiæ: Et qvoniam injuria fieri alteri potest etiam mentiendo (ut per falsum testimonium,) patet, ad hunc locum pertinere* doctrinam de mendacio, *ut vocant*, perniciosa, *& opposita ipsi* veritate Justitiariâ. 35.

3. *In hujusmodi contractibus invitis, sicuti ad eum, qui patitur injuriam,* damnum *pervenit, v.g. circà opes, valetudinem, bonam famam, aut aliud bonum externum: sic injuriam faciens* lucrum *aliqvod involare censetur, dum se quasi dominum constituit boni alieni, illud sive usurpando ut suum, sive corrumpendo.* 40

4. *Et qvoniam faciens injuriam ipso jure obligatur ad sarciendum alteri damnum, seu restituendam illi rem suam, aut ejus æqvivalens: ideò* emendativa *Justitia opus hic suum facit inæqvalitatem illam reducendo ad æqvalitatem & justitiam.* 45.

5. *Talis reductio sive* exæqvatio *aut pensatio non debet confundi cum* irrogatione pœnæ *propriè dictæ, quæ consistit infligendo dolore, cujus meturestingvatur in hominibus libido pectandi.*

[2.] Justitia { *Distributiva* / *Commutativa* } observat proportionem { *Geometricam* / *Arithmeticã* } & exqvat { rẽ personæ. / rem rei. } 50.

* 1. *Proportio* { Geometrica *fit multiplicando & dividendo* / Arithmetica *fit subtrahendo & addendo* } *& usurpat particulas* { qvoties, toties: / qvantum, tantum. }


2. *In commutativâ Justitiâ distinguenda est* exæqvatio *ipsa à prævia æstimatione rerum vel actionum. In illâ observatur proportio, ut diximus,* arithmetica: Huic *verò* Geometricam *inservire* (*sive persona personam, sive res rem aliqvoties metiatur, seu contineat,*) *non negatur.* 55.

V. *Extremum* unicum, *Injustitia* particularis, cujus
- *forma.* Injustitia simul in excessu & defectu peccat. *Ita* e. g. *qvi defraudat alterum, is sibi plus sumsit, alteri minus relinqvit, ac par est.* 55.
- *species* similiter duæ, nempe Injustitia { *Distributiva.* / *Commutativa.* } 60

VI. *Mediocritas.* Sola inter morales virtutes Justitia posita est in mediocritate juxta sensum *effectivum*, non etiam *subjectivum*.

† *Johannes à Felden, harum literarum vir callentissimus, tres facit secundum Aristotelem species justitiæ,* distributivam, correctivam, & retributivam, *negatq; posteriores duas rectè in unum genus Justitiæ commutativæ conferri, cùm correctiva proportionem sequatur arithmeticam, retributiva verò non minùs atqve distributiva* geometricam. *In hanc ejus observationem judicium hic mihi non sumo. Placuit ergò interim retinere justitiæ receptam vulgò divisionem: sed eam tamen, maximè ad ductum pl. Rev. Durrii, sic elimatam, ut à Feldenianis rationibus minus atqve olim abhorreat.* 65.

JUSTI-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [47] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [48] - -

TAB. XXIV. De Justitiâ Universali.

I. *Descriptio.* Justitia universalis nihil aliud designat, qvàm virtutem moralem, sumptam cum relatione hominis cujusqve, tanqvâ partis in societate civili rectè se habentis ad cæteros cives, & ita, qvantum in se est, ad beatitudinem totius Reip. communem, honestè vivendo, contribuentis. *Seu:* concipere Justitiam universalem, est concipere virtutem moralem, quatenus ea hominem perficit in ordine ad alios homines. Repete Tab XIII

II. *Nomen* vocatur
- *Justitia*, qvia jus, (sicut & injuria) versatur inter hominem & hominem. Ergò & virtus, qvatenus hominem rectè disponit ad alios homines, justitia nuncupatur vocari.
- *Universalis*, ut distingvatur à Justitiâ particulari. Non enim significat certam *speciem* aut *partem* virtutis moralis, sed eam *totam*, seu *universam*. Nam & jura, sive leges, præcipiunt de omnibus virtutibus moralibus, non de unâ tantùm, aut alterâ.

* *Hinc patet, in Justitiâ Universali comprehendi duos conceptus. Concipitur enim*
1. *ut* Justitia, *& sic implicat relationem* hominis unius ad alios homines,
2. *ut* universalis, *& sic implicat relationem* totius *sive universalis sive integralis* (*parum enim hoc referre dixerim*) ad suas partes *subjectivas vel integrales.*

Justitiæ universalis consideratur

III. *Divisio in partes:* ubi notanda
1. *Doctrina Aristotelis:* qvi partes ejus (*subjectivas*) fecit undecim virtutes morales particulares hactenus enarratas.
2. *Doctrina veterum ante Aristotelem:* qvi partes ejus [*integrales*] fecerunt tres reliqvas virtutes (ut hodiè vocamus) cardinales. Dividebant enim virtutem secundùm partes animæ ita ut
   - τῦ λογιςικῦ, seu partis rationalis
   - τῦ θυμοειδες, seu partis irascibilis
   - τῦ ἐπιθυμητικῦ, seu partis concupiscibilis
   - ὅλης τῆς ψυχῆς, seu totius animæ

   virtus esset
   - *Prudentia.*
   - *Fortitudo.*
   - *Temperantia.*
   - *Justitia.*
3. *Harum inter se doctrinarum collatio:* [qvò pertinent & qvædam ex Tab XIII.]
   - [1.] Veteres numerum virtutum constituebant è *subjectis*; Aristoteles ex *objectis*, iisqve non generalibus, sed *specialibus.*
   - (2) Itaq; & longè *major* huic quàm illis, *numerus* surrexit virtutum.
   - [3.] Et *Temperantiæ* certè vocabulo plura significaverunt veteres, qvàm Aristoteles.
   - (4.) Justitia universalis veteribus erat aliqvod totum ex virtutibus *partim moralibus* (Temperantiâ & Fortitudine,) *partim intellectuali* (Prudentiâ;) Aristoteli *non nisi ex moralibus.*
   - (5.) Veteres eidem divisioni includebant virtutem *universalem* [Justitiam] *& particulares:* Id Aristoteles neutiqvam fecisse deprehenditur.
   - (6.) Veteres rationem Justitiæ universalis qværebant *in relatione hominis ad seipsum*, vel totius animæ (disputabant enim, hominem esse solam animam,) ad suas partes: At Aristoteles eam qværit *in relatione hominis ad alios homines.*

IV. *Oppositum*, Injustitia universalis. Qvâ voce nihil aliud designatur, qvàm vitium morale in genere, sumptum cum relatione hominis, tanqvam partis in societate civili, inordinatè se habentis ad cæteros cives, & ita Beatitudinem Reip. turpiter vivendo, qvantum in se est, turbantis & corrumpentis.

V. *Principium dirigens actuale*, quod est Jus seu Lex. Tab. seq.

VI. *Conjugatum*, Justum, cum opposito Injusto. Tab. XXVI.

† *Discrimina qvatuor virtutum Cardinalium Scholastici aliâ ratione exponunt, & ita qvidem, ut in iis emergat* Justitia particularis, *qvanqvam & hîc alii aliter. Sed nos veterum explicationem sumus secuti, sine qvâ vix est, ut Aristotelem hîc rectè intelligas.*

Juris notetur

I. Homonymia. Jus inter alia significat { *dictamen rectæ rationis*, & ita hoc loco. / *actionem justam*, i.e. illi dictamini congruentem.

II. Synonymia. Græcè τὸ δίκαιον; item ὁ νόμος, *Lex.*

III. Definitio: Jus est dictamen rectæ rationis, homines in societate constitutos ad honesta facienda, & turpia vitanda obligans. *Lex* Aristoteli est oratio à Prudentiâ & Intelligentiâ profecta, vim habens cogendi. §.

IV. Divisio in Jus { *Politicum* seu *Civile* / *Oeconomicum* seu *Domesticum* } qvod locum habet inter Personas Societate { civili / domesticâ } copulatas.

10.

* 1. *Hæc Divisio est* Generis Analogi. *Nam Jus* { *Politicum* / *Oeconomicum* } *est tale* { simpliciter. / secundùm qvid. }

Ratio, qvia Societas { *civilis* / *domestica* } *copulat homines* { æquales, *perfectos scil. cum perfectis.* / inæquales, *perfectum scil.* (*h. e. Patrêfamilias*) *cum imperfectis* (*uxore, servo, puero, de qvorum imperfectione qvoad vim consilii & judicii locus egregius habetur I. Polit. 3.*) *Quâ de causâ & Paterfamilias in domo* totius *vim habet; reliqvæ familiares personæ* partiũ *instar obtinent. Sed qvia tamen Materfamilias, qvàm proximè distat à perfectione Patris familias, adeò ut in qvalemcunqve cum eo participationem veniat imperii domestici: ideò viro cum uxore plus juris, qvàm cum servo aut filio intercedit. Perfectos autem homines Aristoteles sic circumloqvitur V. Nic. 6. qvòd sint* Socii vitæ ad sufficientiam, liberi & æqvales, sive proportione sive numero. 15. 20.

2. *Ad Jus* Politicum *non illud modò spectat, qvod Civi* cum Cive, *sed &, qvod* cum peregrino *intercedit. Interim negari non potest, majorem esse nobis cum civibus, qvàm cum peregrinis communicationem Juris.* 25.

V. Subdivisio Juris Politici in { *Naturale*, qvod ubiqve eandem vim habet, & non, qvia ita videtur, vel non videtur. Vocatur aliàs *Lex Naturæ.* e. g. Benè merenti gratiam refer: Neminem læde. / *Legitimum*, qvod ab initio, hoc an illo modo fiat, nihil refert, at postqvam constitutum est refert. Vocatur aliàs *Jus voluntarium*, seu *positivum*: *Lex positiva.* Qvalis est qvæ ad valorem testamenti reqvirit præsentiam septem testium. 30.

* 1. *De jure voluntario* humano *hîc loqvimur. Datur præterea & Jus voluntarium* divinum. *Sed hoc, qvia meræ est revelationis, à foro Philosophico alienum censetur.*

2. *Differunt Jus Naturale & Legitimum multis modis, his verò præcipuè:* 35.


1. *I. N. originem habet* à Deo & Naturâ; *I. L.* à voluntate hominis. *Itaqve*
2. *Illius obligatio est per se* interna & immutabilis; *hujus* externa & mutabilis. *Et*
3. *Illud innotescit nobis per* naturales notitias; *hoc per* promulgationem.
4. *Illud* unum *est per totum mundum*; *hoc tàm* varium, *qvàm ipsæ Respublicæ.*
5. *Illud obligat* omnes homines, *hoc suos tantùm* cuiusqve Reip. Cives.

3. *Non confundenda est Divisio Juris Civilis* apud Aristotelem *in Naturale & Legitimum, cum Divisione Juris* apud JCtos *in Jus Naturæ, Gentium, & Civile: nec cum Divisione* Grotii *in Naturale & Voluntarium.* 40

IV. Cognatum, Æqvum, Cuius {
1. *Synonymia.* Græcè τὸ ἐπιεικὲς: ἡ ἐπιείκεια, *Æqvitas.*
2. *Homonymia.* Æqvitas interdum { significat idem qvod Jus: / distingvitur à Jure: & ita h. l. } 45.
3. *Definitio:* Æqvum est correctio (*i. e. juris naturali consentanea exceptio*) juris legitimi eâ parte, qvâ ob universalitatem deficit. E. g. *Legi de septem testibus adhibendis ad testamentum æqvitas addit exceptionem, qvòd tempore pestis etiam pauciores sufficiant.*
4. *Oppositum*, τὸ ἀκριβοδίκαιον, cum litera legis nimis rigidè inhæretur, neqve ulla exceptio in benigniorem partem admittitur. Cui Affinis est Συκοφαντία, *Calumnia*, cùm litera legis violenter detorqvetur in sensum à mente legislatoris alienum. 50.


VII. Oppositum, Iniuria, τὸ ἄδικον, qvatenus sumitur hæc vox pro dictamine corruptæ rationis, ut cùm dico: *Summum Jus, summa injuria.* 55.

Justum



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [51] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [52] - -

TAB. XXVI. De Justo & Injusto.

Justum & Injustum *usurpantur* duobus modis, nempe vel
- *substantivè* qvasi, & genere neutro, & tunc { *Justum*, τὸ δίκαιον / *Injustum*, τὸ ἄδικον } idem est qvod { *Jus*, de qvo Tab. præc. / *Injuria*, qvatenus *Juri* oppo-nitur. 5.
- *adjectivè*, ad denotandam qvalitatem
  - *Actionis*, qvæ vocatur { *Justa*, δικαιοπράγημα, / *Injusta*, ἀδίκημα, } cùm Juri est { consentanea. / dissentanea.
    - * 1. Δικαιοπράγημα *vocatur &* δικαίωμα, *V. Nic. 7. sed* τὸ δικαιοπραγήματι *vox huic loco aptior, qvia generalior, est. Nam* δικαιοπραγεῖν *significat* in genere qvod 10. justum est agere: *at* δικαιοῦν *propriè est* inæqualitatem actionis injustæ *seu contractus inviti* revocare ad æqualitatem justitiæ. *Ergò* δικαίωμα *opus est propriè non cujus cujusvis* justitiæ, *sed* correctivæ soli⁹, δικαιοπράγημα *verò* cujusvis: *nec solus particularis, sed &* universalis. 15.
    - 2. Ἀδίκημα *tametsi actionem notat cuilibet Justitiæ, etiam Universali, oppositam: frequentiùs tamen usurpatur pro* actione, qvâ Justitia particularis violatur. *Et huic sensui servit imprimis latina vox* Injuriæ.
    - 3. *Qvæ tamen ipsa bifariàm accipitur. Nam opponitur interdum* Juri, *ut Tab. præced. interdum* actioni justæ, *ut h. l.*
    - 4. Ἀδίκημα *Justitiæ Particulari oppositum est qvidem* βλάβη, *i. e.* læsio (*alii damnum. Giphanius fraudem vertit.*) *sed tamen ab aliis duobus Læsionum generibus, qvæ sunt* ἀτύχημα, *&* ἁμάρτημα, *distingui debet*, ut Actio spontanea ab invitis. *Est autem* ἀτύχημα, *seu* casus fortuitus, *cùm læsio planè est fortuita, seu humanæ provisioni exempta; ut, si ad scopum jaculans vulneret hominem subitò intercurrentem.* ἁμάρτημα, *seu* erratum, *cùm læsio* 30. *qvidem non est planè fortuita, sit tamen absqve animo lædendi, ut si qvis aliqvem vulneret animo non vulnerandi, sed sanandi.*
    - 5. Ἀδίκημα *ipsum qvoqve duplex est. Aut enim fit sponte* eo modo, qvo & bruta sponte agere dicuntur, *id est, ex affectu aliqvo subito, absqve præviâ consultatione; ut si qvis alium, ab eo irritatus, in primo iræ fervore vulneret: aut sponte fit* modo homini proprio, *h. e. ex præviâ consultatione, ut si qvis alium re secum priùs deliberatâ lædat. Et hoc* ἀδίκημα *maximè propriè vocatur* Injuria. 25.
    - 6. *Ac definiri potest* læsio, qvam volens invito contra jus infert.
    - 7. *Habet enim, si utriusqve personæ respectu injuria dici debet, hæc* tria re- 35.
      quisita: { 1. *ut qvi lædit, lædat* volens. *Patet hoc è dictis.* / 2. *ut qvi læditur lædatur* invitus. *Nam volens (voluntate plenâ) non patitur injuriam: Pati tamen sic potest rem injustam.* / 3. *ut, qvod fit,* in se repugnet æqualitati, *seu juri prorticulari.* 40
    - 8. *E duobus prioribus requisitis sequitur*, neminem à se ipso posse affici injuriâ.
  - *Hominis*, qvi vocatur { *Justus*, δίκαιος / *injustus*, ἄδικος } cùm volens autor est actionis { justæ. / injustæ.

Nam invitum egisse, aut per eam spontanei rationem, qvam & in bruta convenire dixi- 45.
mus, non sufficit ad eam moralitatem, ex qvâ justum aliqvem aut injustum, h. e. *virum bonum aut malum* Philosophia denominat.

dividi possunt juxtà qvamlibet vocabuli usurpationem in *Universale* & *Particulare*.

Nam {
- 1. Justum (*injustum*) { *Universale* est omne jus (*omnis* δικαιοσύνη) societatem civilem conservans (*turbans.*) / *Particulare* est omne æqvum (*iniqvum*) circà bonorum externorũ distributionẽ aut commutationẽ. } 50.
- 2. Actio justa [*injusta*] { *universaliter* / *particulariter* } { est qvævis actio secundũ / justitiam [*injustitiam*] } { uviversalem. / particularem.
- 3. Homo justus [*injustus*] { *universaliter* / *particulariter* } { est homo vivens secundùm / justitiam (*injustitiam*) } { universalẽ. / particularẽ. } 55.

Vir-

TAB. XXVII. De Semivirtute, Virtute Communi, & Heroicâ.

Virtus ratione *existentiæ* dividitur in tres *gradus* vel *status*. Quorũ

infimus est Semivirtus, cujus notetur

I. Nomen. Semivirtutis & Semivitii vocabula non leguntur in *abstracto* apud Aristotelem, sed apud expositores. In *concreto* tamen incontinentem ἐμκρατῆ, semivitiosum vocat Aristoteles VII. Nic. 10.

II. Synonymum. Vocatur etiam Virtus *imperfecta*.

III. Descriptio. Semivirtus est Dispositio ad virtutem communem tanqvam habitum suum.

IV. Divisio. Tot nominari possunt semivirtutes, qvot virtutes communes, nempe Semifortitudo, semitemperantia, Semiliberalitas, & ita porrò. Aristoteles tamen in iis tantùm virtutibus gradum hunc consideravit, qvas Tab. XIII. præcipuè Specificationem capere diximus *ab affectu*. Et qvia is duplex, circà *malum* unus, circà *bonum* alter: hinc Aristoteli & duplex Semivirtus, nempe

1. Circà malum *Tolerantia*, καρτερία qvæ
   - nihil aliud est, qvàm *Semifortitudo*, vel *Semipatientia*.
   - opposita habet in
     - excessu *Semivitium* ἀνώνομον.
     - defectu *Mollitiem* μαλακίαν.

2. Circà bonum *Continentia*, ἐγκράτεια qvæ
   - sic dicitur vel
     - *simpliciter*. . . . . nihilqve aliud est, qvàm
       - lucri, — *Semitemperantia*.
       - honoris, — *Semiliberalitas & Semimagnificentia*.
       - iræ, — *Semimodestia, & Semimagnanimitas*.
     - *cum appositio continentia*: *Semimansvetudo*.

   * *Continentiam lucri licebit & ad* Semijustitiam *certo modo extendere.*

   - opposita habet in
     - excessu *incontinentiam*, ἀκρασίαν, quæ duplex:
       - *Infirmitas*, ἀσθένεια
       - *præcipitantia*, ταχυτῆτα
       - qvæ agit cum / absq; spacio deliberandi.
     - * 1. *Divisio hæc, aut similis, potest etiam accommodari aliis Semivitiorum generibus.*
     - 2. *Est autem tantùm* analogi, *ubi potius analogatum est* Infirmitas. *Nam* Præcipitantia *Lineam Moralitatis Ethicæ nondum attingit, neqve spontaneam edit actionem, nisi talem, qvalis & in bruta cadit.*
     - 3. *Ideò & Præcipitantia* minùs vituperatur, *qvam Infirmitas.*
     - defectu Semivitium ἀνώνομον.

V. Oppositum, Semivitium in genere.

VI. Processus, Tab. seq.

medius, virtus communis: cujus notetur

- Semivitium, virtus *perfecta*.
- Virtutem Heroicam, Virtus *humana*.

I. *Synonymia.* Vocatur in contradistinctione ad

II. *Comparatio cum Semivirtute*, qvæ consistit in his duobus præcipuè:

1. Virtus communis cum Semivirtute *convenit* in eo, qvòd utrobiq; non modò recta ratio adest (id qvod & in Semivitio locum habet, & hinc licebit hæc tria simul à vitio communi distinguere,) sed & ei obeditur, (qvod non fit in Semivitio.)
2. Virtus communis à Semivirtute *differt* in eo, qvòd Semivirtus affectûs habet reluctantes, nec dum satis domitos; Virtus communis verò compositos & domitos.

* 1. Sano sensu *hoc capiendum est, non, qvasi habitum virtutis communis adepti nullam habeant residuam pugnã rationi & appetitûs, aut uno alterove surculo vitioso amputato amputati sint illicò omnes, aut ipsa radix excisa. Nam ob depravationem Naturæ originalem nunqvam perfectè in hâc vitâ abolebitur, ne à sanctissimis qvidem, nedum ab iis, qui solis naturæ viribus nituntur, illa τῆς φιλαυτίας malignitas, qvæ omnium in appetitu vitiorum ultima radix est. Itaqve nec Heroum ullus memoratur, cui non suus adhæserit nævus, isq; interdum satis enormis: ut si secundùm rigorem pronunciare velimus, nullus homo ultrà Semivirtutis terminos in hoc mortali corpore promovere dicendus sit. Sed qvia tamen sic rigorosè accepta Semivirtus gradûs adhuc habet suos, ita, ut affectibus alius magis, alius minùs dominetur, prout variùs aut sæpius in iis frenandis laboraverit; inde gradus utcunqve superior habitûs nomine donari, & si non absolutè, saltem* comparatè *perfecta virtus appellari solet.* (tutem operetur.

2. *Signum autem habitûs istiusmodi acqvisiti est, si qvis cum voluptate, aut absqve gravi molestiâ secundùm virtutem operatur.*

III. *Descriptio.* Virtus communis est habitus virtutis, dispositione seu Semivirtute perfectior, Heroicâ tamen virtute adhuc inferior. (meravimus Tab. XIII. & XIV.

IV. *Divisio.* Virtutes communes sunt undecim, qvot scil. species Virtutis qvoad essentiam consideratæ numerantur.

V. *Oppositum*, Vitium commune in genere.

supremus, Virtus Heroica: cujus notetur (genitos, ut essent qvasi *Semidei*.

I. *Etymologia.* Sic dicitur ab *Heroibus*, qvos fingebant esse homines altero parente homine, altero Deo Deáve


II. *Synonymia.* Unde & appellatur Virtus *divina*, qvæ scil. in homine sit plusqvam humana, i. e. communem vulgaremqve virtutis mensuram supergrediens.

III. *Distinctio vocis.* Gradus Heroicus considerari potest in virtute
   - *infusa*: Qvalis v. g. erat Heroica fides mulieris Cananææ.
   - *acqvisita*
     - *intellectuali*. Qvalis e. g. Heroica scientia Aristotelis.
     - *morali*. Et ita hoc loco.

IV. *Descriptio.* Virtus Heroica est habitus virtutis, virtute communi tùm perfectior, tum illustrior, & rarior, ut ab extraordinaria qvadam Dei cooperatione, & indolem & impetum solito nobiliorem largientis, profectus esse videatur.

V. *Divisio.* Virtus Heroica est vel Heroica Fortitudo, vel Heroica Temperantia, & sic deinceps, nisi qvòd in Homileticis virtutibus, ineptum videtur gradum Heroicum qværere velle. Certè Aristoteles eum vix in alio virtutis genere, qvàm in Fortitudine consideravit. (seu *bestiarũ*, detrudi videtur.

VI. *Oppositus*, Feritas, Cujus
   1. *Etymologia.* Sic vocatur, qvia per eam homo in statum humano detetiorẽ, qvi est ferarũ,
   2. *Synonymia.* Unde vocatur & *bestialitas*, item *immanitas*, græcè θηριότης.
   3. *Distinctio vocis.* feritas est duplex
      - *Involuntaria*, orta v. g. ex morbo qvalis est eorum, qvi carnem humanam comedunt ex phrenesi.
      - *Voluntaria*, orta ex voluntate, ut si qvis præ crudelitate cadaver hostis interfecti mordeat. Et hæcqvàm propriissimè virtuti Heroicæ opponitur, estq; hujus loci. (excedens, & deficiens.
   4. *Divisio.* Ut virtuti communi vitiũ duplex, sic virtuti Heroicæ *duplex feritas* opponitur,



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [55] - -

Schemate ad vitar Mathematicorum res optime declarabitur. In hoc describatur Pentagonum regulare, ei in-
scribatur Circulo, Circulo inscribatur aliud Pentagonum, huic novo Circulo. In hoc circulo sunt duo Diametri
se intersecantes quemadmodum. Hoc schemate quid intelligam velim, nunc explicabo. Pentagonum externum mentem
corporis externa denotat, ea ea quae libuit affingere non tanq. vellem quales corpora depingere, sed tanq.
subjecta, sensus. Ut puteris si lubet angulos sensibus reliquis quinq, visui, auditui, olfactui, tactui venereo, &
tui sacri veneres, reliqua sacri communi ubiq. lituus effingunt, aut puteris angulos ventilq & sensibus S.
ventq potiq accipe, reliqua sensus tactq communi. Circulq igr Pentagono inscriptq est flagq mea S. mihi
quod sanctissimo, ad motq spiritum. Nam mihi sane nescio quod spatium videor circumscribere corporibus circulis
admirabili nexu plurimis, nam indeterminatum ad opposita, volubilissimum mobilissimq, indeterminatum, firmissimum
immanentq & extrinsecq) congaudere. Similiq igr Natq erant in Circulo, ea latera anguli quinq corporis sic,
respondentq. Nam certum aliq & ex Physicis, quod spiritq rerum figurantq ea dispositq ad figuram corporum mixte
caelum, ex quo spiritum sentiam motum. Generationem hominis, non sine mysterio declarat
runt. Pentagonum mixtum ea mixq est Affectus, is geminatis ipsi cum milionae gestibus quos prasi mag
sunt et membra intellecty practici, ea (si eorum velut acta. Ut spiritq ipsi quatenq relati sunt ad membra ea
sicubiq Circulq representationis, quia corpus subtilissimi, saltem ad sensum, mage collati in illectum corpus,
scunt a. patius sunt ut q reverea sunt corpora, ea alia pentagona describuntq, quia ut dixi membra, illecty (ulterius
seu spiritus, ut ex Anatomicis patet, ea dra & Nervis exterius & paralleta. At Circulq interior est
ipse Campus ut ita dicam radix, ea illecty, in quo Species intelligibiles discurrunt mercatq. Vere a. illecty
nostri circulq est, sui similq, nonnulli, non alligati, tantum tamquam ea nicluty libertas mirabiliq remanet rei
ut a sensu ipso ad alterutram oppositam determinatq. In hoc a. circulo, a si mavis sphaera, possunt n. ea multa
aptius ut solide representari, quae sunt Diametri a. b. sphaera est circuli, quorum unq sit a b, alter
ea. Juxta secundum ea duae eximiae proprietates orbis, quarum una tanq Aequatoris ut sphaerq Mundi; altera
Axem Ecliptica. Et sicq Antarctica sit b, tanq. ad inferiora directq. sicq Arctica sit a. Similiter
unq. Axem Ecliptica. Et sicq Antarctica sit b, tanq. ad inferiora directq. sicq Arctica sit a. Similiter
sicq Axis Ecliptica superni sit c. inferior d. Sublimis e. sit in quo concurrunt ut ea reperiet quasi ejus
ea virtus intellectiva, unde nonnihil (minimum adhuc ea intellectivae elicitae ex affectibus, a sensu quoniam exsistunt
Diameter a. una, seu alia Axis A B. est radius impressus humanae menti ex qua judicant simplici intuitione
et agentia quae sensum concreata, aliquid bonae vel malae, ea moraliter. Et radius quae. si geometricae
E A B. attractivus est ea ad primum Arctium ipsi contiguae sensum, E B. remotivus ea ad solum Antarcticum
ipsi contiguae retinens. Terra vitae coniungunt lineae et illectivus E C est radius centricus utile, E D est radius
ipsi contiguae retinens, ille attractivus ea magnetica poli similis ad congenerem, hic remotivus repulsivus ea Magnetica
contrarios retinens, ille attractivus ea magnetica poli similis ad congenerem, hic remotivus repulsivus ea Magnetica
Soli exporrecti ad oppositionem. Radii vero a. Axis s. Diametri C D est denotat relationem Solarem Boni, q
quae illectus ea conscientia derivante sibi gaudia et C quid denotat Summum ejus Donum, Summum ejus
malum, et quae summum gaudium bonum in Caelum hac, narrat a Summo Bono, Vero, Unaque, nempe S. Deo
Caelo distant, vel potiq radii, quando C venit ad B. ea D. venit ad A. Tunc Intellectus & Appetitus ea ejus
quasi tot nihil! Ea Deus ea Dei voluit Deus tot & inutilis. Hic a. non habitus gestum S. Sustantiam, impressionis, sed
distantiam ab objecto possit similiq ea stabilis existimari, ut quando radius Ea ea Ea angulum declinat sensum
hoc sit in habitu respiratione & pravae Virtutis quando angulus rectus citius aqui distet, quod refero ad an-
scisi ita audacia, possibile in moralibus, quando falsus angulus obtusus sit in perniciosis a. potiq vitio magis
vitiosi, quando sed toto semicirculo distent sit in stabili vitiosis ea maxime a Virtute distet. Ang. a.
ad lixi Axis aequatoris ea Ecliptica coincidunt quasi formatis Circulis non vero maxime ea quae ea sic radii q
coincidentes et delectant & plane gratum mihi a. coincidentia vere in ea vera Salvatore, sumpsit & gaudebit a. gladii
mirum ea sic vigendum ea obtutu hoc in schemate posui, et quinq circa id, actus attractivus ea repulsivus & dis-
cti sunt acty, & primus ea post natis consentiendi, alii inhabitatis, quippe non impressi, sed acquisiti, relicti & habi,
ti abstractus, pro quo non obji, sed habiti tunc ea quando angulus moralis, tui rei, pulcherq explicatitiae, q nam cum
entia ea magis in hac ea obliterata quo habitus & vitiosior (cessant sic ejus Actus. Notes quoq hic lubens obser
ram meam a Weigeliana, nam ut ego facio in ea ed formali peccati assignari quaerunt, ipse optimus actionem
ti q legem dei assignat, sui nescio an in ea ed formali peccati assignari quaerunt, ipse optimus actionem
exteriorem ejus inhumanam, ipse quoq actionis habitus a. objectum, ea sic moralitatem non justi,
tia ea Ethica q. Ethicae q. Artifices habitus ea beatitudinis expendo. Also ea ea nec possit ita concipi
ut simul distantia sit non 180 gradus, sed ea tunc capiendi, quae reliqua quoq ea exaptenda. Ego pro mea
lineam cum contrariebat evitetq, sed ea Geometria, ut Weigelius, actum admittamq, quod ea ea Optica
praecipue aestimationis causa ea ex Geometria, ut Weigelius, actum admittamq, quod ea ea Optica
quoq hac delineari. Quia ut pergam facile schemata ea ostendo, ipse mihi explicandi est, ipse
optice ea optica ea ut ita Staticae vitiosi, nam vicissitudo objecti instar radii sensorii ea
quae transmittunt instar diagonij conspicuo. Notat mihi a crassitie diagonij ea elegantiam, nam manifestum
est crassissimum polygonum exterius ut appellant Fortificatorii, Circulum exteriorem in secundo, polygonum interius in decimo
Circulum interiorem in sexto gradu tenuitatis ea debere. Ea vis illud quod observo, cur nubes polygona & lineas
non refringant, sed quatenq sunt quae circulo opponitur, quia aptissima analogia ut Opticis Diaphanum plane nihil
in rem quod facere refringi, ut Diaphana debuere a ut. contacta fortiter sunt refractionem. Porro Radius ex
objecto allabens, vel recto angulo allabitur vel curvo. Si recto allabitur, tum ut transit vel repercutitur. Si reper-
cutitur, vel in eum tandem statum venit ut transeat, vel ut non transeat. Deinde quod allabitur si sine vel transit
per gestationem reverberativa (repercutitur. si simplex transit sine reperussione, tum non est bonum naturae, quod sensi

Apr. 2 Feb XXXI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [56] - -

TAB. XXIIX. Processus Actionum moralium in Statu Semivirtutis & Semivitii,

ostensus in exemplo objecti jucundi aut utilis, sed turpis, qvod sit v.g. pecunia aliena.

* *Declaratio qvorundam Terminorum, qvi in hâc tabulâ usurpantur.*

Transmissio *fit ab unâ potentiâ cognoscente ad alteram.*
Repræsentatio *fit à potentiâ cognoscente ad appetentem.*
Transitus *fit à potentiâ ad actum ejusdem generis.*
Imperatio / Prohibitio } *fit à voluntate ad alias potentias, qvæ possunt obedire.*

Objectum externum
sistit se

1) Sensui externo.
Hic *transmittit*

2) Sensibus internis, & maximè Phantasiæ.
Hæc

repræsentat — *transmittit*

3] Potentiæ Appetitûs sensitivi.
Hæc *transit* in

4] Affectum præcipitantiæ, seu motum primum, subitû, simplicem, qui appetit, ut rem jucundam.

5.) Potentiæ intellectivæ.
Hæc *transit* in

6) Contemplationem, & judicat ob jectum esse Bonum, qvia jucundum / Malum, qvia turpe.
Sic utramqve *repræsentat*

7.) Voluntati.

8.) Apud qvam hinc oritur pugna
Sensus & Rationis
qvi dictat: Appete! / qvæ dictat: Fuge!

9.) Voluntas
utitur libertate suâ, & adjungit se
vel

INITIUM MORALITATIS ETHICÆ

10] Sensui,
patiturq; hunc dominari Rationi:
Unde fit progressio ad vitium:
Voluntate scil.

14.] Rationi,
& huic subjicit sensum.
Unde fit progressio ad virtutem:
Voluntate scil.

transeunte in — *imperante*

11.) Affectum incontinentiæ [infirmitatis] seu motum secundum præmeditatum, mixtum (ex voluntate & appetitu sensitivo indomito) qvi appetit malum morale sub specie boni jucundi.

12.) Intellectui, ut cogitet de mediis adipiscendi.

13) Locomotivæ, ut ministret, & exequatur.

transeunte in — *prohibente*

15) Affectum continentiæ seu motum secundum, præmeditatem, mixtum (ex voluntate & appetitu sensitivo aliqvantùm) licet nondum satis, domito,) qvi fugit malum morale, non obstante, qvòd sit bonum jucundum.

16.) Intellectui ne cogitet de mediis adipiscendi.

17.) Locomotivæ, ne ministret, aut exeqvatur.

* *Apparet præterea ex hac tabulâ:*

1. Cur Affectûs præcipitantiæ, seu motûs primi (4) non sint in nostrâ potestate? *qvia scil. præcurrunt actum intellectûs (6) & voluntatis (9) Et hæc causa est, cur* Præcipitantia *minus sit in vitio, qvàm* infirmitas *(11) qvia hâc præcedit actûs intellectûs & volûtatis.*

2. Qvomodo cum actu incontinentiæ conjungatur actus alis inscitia rei qvæ agitur, qvod ad moralitatem ejus attinet? *Nam de præcipitantia, qvia hæc actum intellectûs, ut diximus, antevertit, res clara. De* infirmitate *verò sic habendum, vehementiâ affectûs illius mixti percelli intellectum, ut immoretur contemplationi objecti, qvâ parte sensibus jucundum* (aut molestum) *est, & interim illud dignat contemplari, qvâ parte Rationi turpe* (aut honestum) *judicatur. Ac fit etiam, ut voluntas talem contemplandi continuationem, aut cessationem intellectui imperet. Porrò, post opus incontinentiæ perfectum, voluptate paulatim fatiscente, aut prorsus abeunte, redire solet intellectus ad speculationem veterem rectæ rationis. Hinc pœnitentia facti.*

3. Qvâ ratione Voluntas in actionibus humanis sit primum moveus? *Est enim primum movens tum primitate ordinis scil. in linea moralitatis Ethicæ: tum primitate dignitatis, ob motûs præstantiam: movet enim imperando, non transmittendo, aut repræsentando.*

Virtu-

TAB. XXIX. De Prudentiâ & cæteris virtutibus Intellectualibus.

I. *Convenientia cum cæteris virtutibus intellectualibus.* Convenit autem *definitione generali*, quæ est hæc: Virtus Intellectualis est habitus mentis, quo illa affirmando vel negando verum enunciat.

II. *Discrimen à cæteris virtutibus Intellectualibus.* Id quod intelligitur partim è Virtutum Intellectualium.

Divisione. Virtutes Intellectuales sunt qvinqve:

1. *Intelligentia* Νῦς,	qvæ est in Intellectu	Theoretico	& versatur circà: prima principia complexa.
2. *Sapientia*, Σοφία,			contéplabile nobilissimum, qvod est Deus, & res divinæ.
3. *Scientia*, Ἐπιστήμη,			——minus nobile, qvod sunt res creatæ.
4. *Prudentia*, Φρόνησις,		Practico	agibile nobilissimum, qvod est Bonum morale.
5. *Ars*, τέχνη,			——minus nobile, qvod est Bonum artificiale.

* *Bonum* Morale & Artificiale *præter ea, qvæ Tab. III. dicta sunt, etiam differunt his modis:*

1. *Boni* { *Moralis* / *Artificialis* } *actio vocatur* { καθ' ἕξοχὴν actio *seu* πρᾶξις / *speciali nomine* effectio *seu* ποίησις } & *ipsum Bonum* { τὸ πρακτὸν / τὸ ποιητὸν }.
2. *Bonum Morale est bonum hominis* simpliciter, *& ex eo simpliciter appellantur viri boni. Artificiale verò est bonum hominis* secundùm qvid, *neqve ex eo appellantur viri boni, sed v. g. boni Musici, boni Poetæ, boni Rhetores, boni Grammatici, boni fabri, &c.*
3. *Bono Morali* abuti non possumus; *Artificiali* possumus.
4. *Bonum Morale ambitu suo ipsum hominis* finem ultimum attingit; *Artificiale* non attingit.

Definitionibus specialibus Aristotelicis: 1. INTELLIGENTIA est habitus Principiorum. 2. SAPIENTIA est scientia rerum honoratissimarum. 3. SCIENTIA (latiùs paulò accepta) est habitus demonstrativus. 4. PRUDENTIA est habitus cum verâ ratione activus circà ea, qvæ homini (*simpliciter*) bona & mala sunt: (*ea verò sunt honesta & turpia.* 5. ARS est habitus cum vera ratione effectivus.

Virtutes morales dirigũtur à Prudentiâ cujus potentur

III. *Discrimen à solertiâ seu ACUMINE.* (Græcè vocatur δεινότης, & est potentia qvædam [*naturalis*] ea, qvæ ad finem propositum faciunt, agendi & conseqvendi.) Differunt autem:

1. Prudentia est in *primâ* specie Qualitatis: δεινότης in *secundâ*.
2. Prudentia est *determinata ad bonum*, nec prudens esse potest, qvi non sit vir bonus, (imò prudentia rigorosè in statu absolutè perfecto accepta omnes virtutes morales connectit, ut, unam qvi habet, omnes habeat;) Δεινότης autem est *indeterminata*, caditqve etiam in homines improbos.
3. Prudentia *non potest esse* absqve δεινότητι: δεινότης autem *potest esse* absqve prudentiâ, qvando scil. exit in πανουργίαν, seu versutiam.

IV. *Distinctio in modos considerandi.* Potest enim Prudentia *bifariàm* considerari, in respectu scil. hominis vel:

1. *ad seipsum*, qvatenus scil. per eam homo sibi ipse consulit; vocaturqve Prudentia *simpliciter* absqve appositio.
2. *ad alios homines in societate civili*, qvibus unà secum prospicit: & tùm vocatur cum appositio Prudentia *Politica*.

* 1. *Ut* realiter *idem est virtus generatim accepta cum Justitiâ universali, Beatitudo hominis cujusq; cũ beatitudine totius civitatis, virtus boni Nauta, qvâ & se ipsum, & vectores cæteros servat: Sic realiter idem est Prudentia qvâ homo sibi ipsi, & qvâ reti civitati rectè provident.* Modus tantùm considerandi *est diversus.*

2. *Si finem ultimum familiæ statuimus eundem cum fine ultimo totius civitatis, prudentia qvoqve* Oeconomica (*qvâ Paterfamilias domui rectè consulit*) *idem est cum Prudentiâ Politicâ; si diversum, diversa.*

V. *Divisio Prudentiæ Politicæ, seu Civilis in partes.*

Qvarum { *una* vocatur βουλευτικὴ & νομοθετικὴ *legislatoria*, qvia versatur circà universalia legibus ad totius civitatis salutem comprehendenda. / *altera* vocatur totius nomine πολιτικὴ, versaturqve circà singularia }

{ *futura* deliberanda / *præterita* judicanda } unde subdividitur hæc pars in { βουλευτικὴν, *Consultatoriam*, seu Senatoriam, / δικαστικὴν, *Judicatoriam*, seu Judiciariam. }

VI. Cognata. Habitûs Politicæ Prudentiæ cognati ab Aristotele tres explicantur:

1. Εὐβουλία, *Bona Consultatio*, qvæ h.l. est, qvâ media legitima ad honestum ipsius prudentiæ finem facientia justâ celeritate inveniuntur.
2. Σύνεσις, *Sagacitas*, seu *Perspicacitas*, qvæ h.l. est, qvâ rectè intelliguntur ea, qvæ ab aliis prudentibus sancita sunt.
3. γνώμη (al. Εὐγνωμοσύνη) *sententia*, qvæ h.l. est, qvâ rectè judicat vir æqvitatis amans [*ea, in qvibus lex ob universalitatem deficit.*]

VII. Oppositum, Versutia seu calliditas, πανουργία, qvæ definiri potest Habitus cum corruptâ ratione activus circà ea qvæ homini simpliciter bona vel mala sunt.

* *Versutia prudentiæ opponitur* contrariè. Privativè *illi* imprudentiam *licet opponas.*

TAB.

De Voluptate.

De Voluptate notentur

I. *Homonymia.*
- 1. *Voluptas*, & oppositum ejus *Dolor*, accipiuntur bifariam,
  - vel *impropriè* pro affectibus in genere circà bonum & malum, qui vocantur appetitus & fuga, seu prosecutio & aversatio, sunt qve quasi genera duo, (alii fontes vocant) omnium specialium affectuum, adeoque & ipsarum actionum origines qvædam. Et hoc sensu exaudiendum est illud: *Voluptatem & Dolorem esse communia objecta virtutum moralium*: de qvo II. Nicom. 3.
  - vel *propriè*, ut designent affectuum & actionum non causas & principia, sed effectûs & comites. Et ita h. l.
- 2. *Voluptas* sumitur
  - *strictè* pro solis voluptatibus corporis, & inprimis gustûs & tactûs. Sic ferè vulgò, qvia hæ notiores sunt, qvàm voluptates animi.
  - *laxè*, ut voluptates etiam animi comprehendat. Et ita h. l.

II. *Qvid non sit?* Resp.
- 1. Voluptas non est *motus*. Qvia (1) voluptas est actus perfectus; motus actus imperfectus. (2) Motus est ens successivum, & in partes dividuum; Voluptas non item. Unde (3) motus unus alio dicitur tardior celeriorve; non item voluptas voluptate.
  - * *Hinc sequitur, Voluptatem quoque non esse actionem, seu operationem (cœteroqvin.) Nam & operatio quælibet motus est quidam.*
- 2. Voluptas non est *affectus*. Hic enim pertinet ad facultatem *appetentem*; Voluptas ad *cognoscentem*.

III. *Qvid sit?* Resp. Voluptas est operationis secundùm naturam a) non impeditæ b) ultrò superveniens finis seu perfectio, (*ad eum modum, qvo corporibus ad ætatis maturitatem perductis sponte naturæ accedere qvasi in cumulum solet sua venustas.*)

* a) *Operatio secundùm naturam hic vocatur, quæ convenit naturæ hominis in statu recto considerato. Ea vero duplex; animalis & humana. Quarum illa sæpe simpliciter Natura; hæc Ratio appellatur. b) Impeditam actionem non voluptas, sed difficultas & molestia comitantur. Ac tales sunt actiones habitum præcedentes. Unde comparati habitus signum est voluptas actionem comitans.*

IV. *Requisita.* Ut operationem facultatis cognoscentis sequatur hæc perfectio qvàm voluptatem vocamus, duæ requiruntur aliæ perfectiones: *Una* ex parte facultatis *cognoscentis*. Vocatur autem perfectio sensuum quidem *ἐυαισθησία*, intellectûs autem habitus bonus, seu virtus. *Altera* ex parte objecti *cognoscibilis*. Talis perfectio in visibilibus est pulchritudo, in gustabilibus dulcedo, &c. in intelligibilibus veritas. Atque ita fit, ut sanis oculis præditi rem pulchram videndo; sanis auribus, svavem concentum audiendo; sanâ mente res veras intelligendo voluptatem capiant.

V. *Divisio* Voluptas est vel
- *Corporis* seu sensus. Quæ rursus *qvintuplex* pro numero sensuum: nempe voluptas ex visu, auditu, olfactu, gustu, tactu.
- *Animi* seu Mentis qvoad intellectû
  - *Theoreticum*, ex contemplatione *veri*.
  - *Practicum* ex conscientiâ actionis suæ *bonæ*
    - moraliter.
    - artificialiter.

* 1. *Ut actiones, seu operationes, sic & voluptates specie differunt.*

2. Dignitas voluptatum æstimatur è dignitate actionum. Hæc pendet è dignitate facultatis & objecti. Ergo nobilior est voluptas mentis qvàm sensûs: & in mente Intellectus Theoretici qvàm Practici: & in intellectu Theoretico nulla nobilior, major, purior, qvàm quæ oritur è contemplatione objecti nobilissimi, qvod est Deus. Vicissim in sensibus puriæ voluptates oculorum & auriû, qvàm odoratus: & odoratûs, qvàm gustûs & tactûs. *Nam horum duum objecta crassissima sunt: unde & ipsæ voluptates valde crassæ & impuræ, ubique; adeo cum brutis communes, & necessariæ magis, qvàm honestæ ac liberales, sic ut homo perfectionis suæ studiosus eas fugiat potius, ut nobilium actionum voluptatum impedimenta, qvàm sectetur.*

3. *Verumtamen cum omnimoda harum voluptatum (qvæ κατ' ἐξοχὴν* corporeæ *appellantur) aversatio nec individuo, nec speciei satis proficua sit, sapientissimè providit opifex naturæ, ut etiam primam earum experimentum (qvod secus evenit in voluptatibus cæteris) dolor ex indigentia rei ad conservandum individuum aut speciem necessariæ antecedat, qui hominem excitet ad satisfaciendum etiam naturæ animali, & admittendam eam voluptatem, qvam ratio recta non tam ut rem jucundam, qvàm utilem sive ad bonum naturæ animalis consequendum, sive ad illud doloris privativi malum vitæ medicinæ sanandum, appeti debere dictat. Aristoteles talia ἀναγκαῖα vocat κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα per accidens jucunda, VII. Nic. ult.*

4. *Etsi operationi animæ rationalis secundùm virtutem nexu indivulso adhæret* voluptas animi? *tamen summum Bonum hominis non in voluptate istâ comite vel pedissequa, sed in ipsa actione, principe scil. ac Domina, qværi debet. Qui autem summum Bonum ipsam voluptatem animi esse asserunt, ea lapsi sunt ferè, qvod discrimen inter actionem & voluptatem (sunt enim harum naturæ copulatissimæ) pervidere non potuerunt. Qvod ipsi qvoqve Aristoteli VII. Nic. 12. & 13. evenisse dicas, ut opus fuerit* [illegible] *qvæ habemus X. 3. 4. 5.*

VI. *Distinctio æqvivoci.* Voluptas vel est
- *vera*
- *apparens*

quam talem esse judicat sensus aut intellectus
- *rectè*
- *pravè*

conformatus.

Sic sano stomacho edere panem, corrupto (ut mineribus picâ laborantibus) edere cretam voluptati est.
Sanæ mentis notitiæ veræ, corruptæ sui errores jucundi sunt.
Rectè institutos actio secundùm virtutem, depravatos exercitium vitiorum oblectat.

De Amicitiâ notentur

I. *Modus considerandi*: Amicitia hominum { *habitualiter*, κατὰ ἕξιν. inter se potest considerari vel { *actualiter*, κατ' ἐνέργειαν. Et ita maximè h. l.

II. *Definitio*: Amicitia est (1.) bene volentia (*benevelle alicui dicimur, cum bona amamus propter ipsum aut bonum inde ad nos pervenions, qui amor est* concupiscentiæ, *sed propter ipsum aut bonum, prout in ipso existit, & hunc vocant amorem* amicitiæ) (2) mutua, (3) non latens, [*i. e. officiis declarata.*) Implicat hæc Definitio tria amicitiæ requisita.

III. *Divisiones*:

1. *ab Objecto*, seu re amabili. Amicitia est vel { *Honesta* / *Jucunda* / *Utilis* } cum amo aliũ primariò propter { honestatem, quæ est in ipso. / voluptatẽ, quã / commodũ, quod } ab eo polliceor mihi.

*1 *Divisio hæc est* generis analogi: *ubi potius analogatum est amicitia honesta, quippe quæ verâ benevolentiâ constet, cum cæteras duas non alius amor dirigat, quàm* concupiscentiæ. *Itaq; & hæ imperfectæ sunt, & amicitiæ nomen tantùm ex similitudine merentur; illa* simpliciter talis *ac perfecta, omnibusq; numeris absoluta; quandoquidem eam voluptas quoque & commodum, tametsi ab amante primario non intendantur, ultrò sequuntur tamen.*

2. *Sunt & alia perfectam inter & imperfectam amicitiam discrimina. Cùm enim perfectæ fundamentum sit* virtus, *inde fit, ut ipsa non nisi inter viros bonos locum habeat, vixq; uni cum multis intercedat: adhæc perquam sit rara, tardè incipiens, sed constans, & querelis vacans. Quorum omnium contraria in amicitiis imperfectis deprehendas.*

3. Differunt etiam inter se amicitiæ imperfectæ. *Nam* jucunda *similior est honestæ, quàm* utilis: *magis item querelis vacat, quia in ea ex mutuo consensu statim fit exæquatio voluptatis.* Jucundam *magis appetunt divites ac potentes,* utilem *egeni & imbecilles.* Jucunda *inter juvenes ferè,* utilis *inter senes coit; quanquam & senes libidinosos & avaros juvenes reperias.*

4. *Quòd si ergò in hoc genere alter lucrum, alter voluptatem ab altero captet (ut fit v. g. in conjugio ego-ni juvenem cum vetula divite) talem amicitiam solemus vocare* dissimilarem. *Nam* similaris *est, ubi uterque amicus idem bonorum genus appetit. Est autem amicitia dissimilaris opportunior querelis, quia facilius est lucrum lucro, aut voluptati voluptatem, quàm lucrum voluptati commensurare. Remedium tamen erit in pacto definito.*

5. Utilis *amicitia vicissim subdividitur in* moralem *&* legitimam: *Hæc est, cùm certo pacto definitur, quid & quantum pro accepto reddendum sit. Illa cùm non definitur, sed hoc in accipientis æquitate relinquitur. Unde moralem amicitiam citiùs afflicere possunt querelæ, quòd in re inæquali facilior sit* discrepantia voluntarum.

2. *A subjecto* seu Personis. Amicitia est vel (1) { *Æqualis*, ἐξ ἰσότητος / *Inæqualis*, κατ' ὑπεροχήν } quæ interce dit personis { æqualibus: *e. g. duobus collegis.* / inæqualibus: *e. g. imperanti & parenti.*

(2) { *Politica* seu Civilis / *Oeconomica*, seu domestica } quæ locũ habet inter personas societate { Civili / domesticâ } copulatas.

4. Ubi & quatenus Jus, ibi & eatenus Amicitia locum habet. *Ut ergò Jus primariò intercedit personis æqualibus ac civilibus, secundariò in æqualibus & domesticis: sic & Amicitia. Unde dicas & has duas divisiones esse generis analogi, in quibus potiora analogata sint amicitia æqualis & civilis, (ad quam & hospitalem licebit referre.) Neque amicitia honesta ullibi perfectior est, quàm inter cives virtute æquales. Sed inæquales ac domesticas amicitias fere utilitas conciliat, aut voluptas. Utiles certè indigentia facit mutuas, quæ non est sine qualicunque inæqualitate ac dissimilitudine.*

2. Æqualis & inæqualis Amicitia subdividi possunt *pro diversitate rerum, quæ æqualitatem aut inæqualitatem in personis faciunt. Faciunt autem virtus, ætas, sexus, dignitas, divitiæ, genus, vita &c.*

3. Sic & Civilis ac Domestica *pro diversitate Rerump. & Societatem domesticarum.*

4. *In amicitia* æquali *permutatio officiorum instituitur juxta proportionem* Arithmeticam; *in* inæquali *juxtà Geometricam, cujus ratio in eo posita est, ut persona inferior, quod in lucro non potest, reddat in honore.*

5. *Tametsi hominem Ratio seu Voluntas, & Natura inclinat ad utrumq; amicitiæ genus, civile ac domesticum, nec dubium, quin ubique opus Rationis perfectius sit, quàm Naturæ: tamen* domesticæ *Amicitiæ* Natura, Civiles Ratione *magis constant.*

IV. *Mensura* φιλαυτίας, seu *Amor sui ipsius.* Tum enim se quisque alteri verè ac bonâ fide amicum sciat, si eum illo amoris genere complectatur, quo per naturalem φιλαυτίαν se ipsum. Amat enim se quisque naturaliter amore non *concupiscentiæ* sed *amicitiæ.* Itaque 1. bene vult sibi propter se. 2. benefacit sibi propter se. 3. libenter secum degit. 4. secum consentit. 5. bonis suis delectatur, malis dolet: quæ aliàs solent pro notis haberi veræ ac perfectæ amicitiæ.

*1. Φιλαυτία *duplex est*: Naturalis, *quæ in omnibus hominibus, etiam pueris, eadem est*: & Acquisita, *quam aliam habent probi, longè aliam improbi: Illi* rectam, *dum se animi potius, quàm cæteris bonis ornare student, sensumq; rationi subjicientes pace internâ secum fruuntur; Hi* perversam, *dum contrario modo se habent.*


2. Φιλαυτία recta *maximè digna est hoc nomine.* Perversa *odium potius hominis est versus se ipsum.*

3. *Itaque* φιλαυτία recta *non omnium* mensura *est Amicitiæ veræ cum aliis, sed & causa: cum è diverso* φιλαυτία corrupta *& vitiet illam mensuræ rationem, & dissidiorum potiùs ac bellorum fons sit.*

V. *Theoremata*:

1. Ut *voluptate* nullum post virtutem bonum majus in bonis *internis*: sic *Amicitiâ* in *externis* (quæ quidem ab æqualibus ad nos proficisci possint.)
2. *Amare* præstantiùs est, quàm *amari.*
3. Benefaciens magis *amat* eum cui benefacit, quàm ab illo *amatur.*
4. Amicorum usus in adversis *utilior*, in prosperis est *honestior.*

Poli-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [61] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [62] - -

TAB. XXXII. De Politicæ naturâ & Constitutione.

I. *Homonymia.* Politica sumitur
- 1. *latè* apud Aristotelem pro *totâ* Philosophiâ Practicâ.
- 1. *strictè* apud recentiores pro *parte* ejus tantùm posteriore } distinctâ ab Oeconomicâ. Oeconomicâ comprehendente. Et ita h. l.
- 2. *habituâliter*, pro habitu
  - *perfecto*, qui vel
    - comparatus est non tantùm doctrinâ, sed & experientiâ.
    - constat non modò parte prudentiæ βουλευτικῆς aut δικαστικῆς, sed etiam κριτικῆς.
  - *Imperfecto*, qui vel
    - solâ doctrinâ, aut solâ experientia nititur.
    - solâ constat parte prudentiæ βουλευτικῆς, aut etiam δικαστικῆς.
- *systematicè* pro systemate
  - *universali*
    - *improbo*, conferipro se cundùm doctrinam } *Machiavellistarum. Monarchomachorum.*
    - *probo* & à dictis duobus hæresibus Politicis abhorrente. Et tale speramus hoc nostrum fore.
  - *particulari*, in quo certæ alicujus Reip. jus sive *publicum*, sive *privatum* explicatur.

* 1. Simul hinc discis, qvis perfectus, imperfectus, probus, improbus Politicus censeri debeat.

2. Homo *Politicus, æstimatur ex habitu aut systemate politico*, quo imbutus est; Animal verò πολιτικὸν seu civile, ex potentiâ naturali ad societatem civilem.

3. Igitur omni quidem homini convenit, esse animal politicum, non item, esse hominem politicum.

4. Alio adhuc sensu horum nemo πολιτικὸν i. e. aptum ad imperandum & parendum per vices cum aliis in Rep. popularî, Aristoteles distinguit ab homine βασιλικῷ seu Regio, h. e. eo, qui aptus est, ut solus & continuè imperet. Nimirum qvia πολιτεία interdum significat Rempub. popularem in specie.

5. Ut in morali doctrinâ Epicurus, sic in civili Machiavellus invisum nomen est. Fare, an injuria non desinia. Negvè id hujus est loci. Disciplina quidem certè, quæ utrumque famosum fecit, execrabilis est.

Politicæ notetur

Scholam Machiavelli dum damno, nemo putet à me absolvi Monarchomachos, strenuos qvidem pestilentis illius sectæ impugnatores, sed studio à Bodino in alia doctrinæ Politicæ parte abreptos in alterum errorem, non minùs pestilentem priore. Est inter Tanaim qviddam, socerumq; Vitellii.

II. *Etymologia.* Sic appellatur, qvia in eâ agitur περὶ τῆς πόλεως, de Civitate, vel περὶ τῆς πολιτείας, de Republicâ.

III. *Synonymia.* Unde latinè vocari solet doctrina *Civilis*, seu *de Republicâ*.

IV. *Definitio*: Politica est posterior pars Philosophiæ Practicæ, agens de summi Boni Civilis subjecto [*qvod est Civitas,*] & Medio, (*qvod sunt leges.*)

V. *Partitio.* Itaqve dividemus eam in duas partes:
- 1. de *Civitate*, cujus definitio.
  - genus: societas naturalis. Tab. XXXIII.
  - materia complexa
    - remota, Societates domesticæ. Tab. *XXXIV.* & seqq.
    - propinqva, Domus & Vicus, Tab. XXXVII. XXXIIX.
  - definitio. . . . . Tab. XXXIX.
  - materia simplex civis, cujus
    - definitio
    - affectio, dignitas civilis, Tab. XL.
    - divisiones, Tab. XLI.
  - forma, Respublica, Tab. XLII. & seqq.
  - affectio Majestas, Tab. XLVIII. & seqq.
  - causæ corrumpentes, Tab. L.
- 2. de *Legibus*, Tab. LI.

* *Hæ duæ Partes his etiâm inter se distinguuntur modis*: Prior *naturam Societatum definiendo, dividendo, affectiones & similia explicando declarat*; Posterior *modum eas instituendi & conservandi proponit, personis societatem qvamvis ingredientibus sua officia præscribit, vivendiq; normam & agendi consilia suppeditat.* Illa *Theoriæ*, hæc *Praxi est vicinior.* Illa *plus scientiæ & certitudinis*; hæc *plus prudentiæ & variationis habet. Unde* illa *accuratiùs, qvàm* hæc *tradi potest.*

VI. *Modus tractandi.* Ubi duæ inprimis confusiones (nimis aliàs vulgò frequentatæ) vitari debent: nempe confusio
- Politicæ *Universalis cum Particulari*, sive publici sive privati juris.
- Partis in Universali Politicâ *Theoreticæ cum Practicâ*, h. e. prioris cum posteriore.

† 1. Oeconomicam, *secutus Jasonem Denores sub Politicâ comprehendo: nec cur divellerem, causa fuit. Domesticarum enim personarum natura in priore Politices parte; officia in posteriore commodum invenient locum. Rem autem familiarem augendi & conservandi præcepta, quæ fusissimis voluminibus exponi solent, ad artium systemata & disciplinas πολιτικὰς adleganda sunt.*

2. Civitatem à Rep. *alii ut* materiam à formâ, *atqve adeò ut partem à parte alii, ut* subjectum à medio *distinguunt. Sed hic mirum in modum satisfacit mihi doctrina Summi Viri Herm. Conringii, illam ab hâc, ut* totum à parte formali *secernentis.*

3. *Eidem lubens assentior, leges methodi non observari ab illis, qvi qvicqvid de domesticis personis dici potest ad civilem faciens locum, inter initia doctrinæ Politicæ effundunt, h. e. ut ego interpretor, partem ejus* theoreticam cum practicâ *confundunt.*

I. *Descriptio*: Societas } est Status personarum consistens in } unione seu ordine earum.
II. *Oppositum*: Dissidium } } unionis hujus dissolutione.

* 1. *Quæ deinceps de Societate explicabuntur membra, Dissidio quoque mutatis mutandis applicari queunt.*

2. *Si tali Dissidio* Civitatis unius *secum, aut* plurium *inter ipsas unio disruatur, famosâ quadam notione* Bellum, *illud quidem* Civile, *hoc* externum, *vocamus. Posset alioqui bellum pro Synonymo dissidii haberi.*

3. *Societas per se, Dissidium non nisi ex hypothesi bonum est.*

III. *Materia simplex*, nempe *personæ* humanæ, ex quibus quælibet Societas conflatur: v. g. Conjugalis ex marito & uxore; Herilis ex domino & servo; Civilis ex Civibus multis.

* *Hanc materiam simplices Societates habent solam. In compositis verò præterea reperitur* materia complexa, *seu composita, quæ est multitudo quædam* societatum *præcedentium, sive solo numero, sive etiam specie diversarum.*

IV. *Forma*, quæ est Ordo personarum: *inæquales* / *æquales* } instituitur juxtà *dignitatem*, ἀξίαν, / *numerum*, ἀριθμόν.

V. *Causa efficiens*. Natura humana. Hæc enim ad omne societatis genus & aptum hominem, & proclivem fecit.

* 1. *Dum Naturam dico*, DEUM *ejus auctorem non excludo, sed præsupponoin iis omnibus, quæ non ex vitio, sed bonitate naturæ procedunt*

2. *Neque excludo* voluntatem *hominis, qui naturali ad quamlibet societatem inclinationi obsecundans arbitrio suo uti potest in eligendâ personâ una pluribusve, quibus se socium addicat.* Paternam societatem excipio, *quæ intra naturæ termines manens non eligit liberos, sed accipit à natura.*

3. *Quia verò per lapsum* corrupta *in nobis est natura: hinc sequitur.*

VI. *Status* duplex { *rectus* seu *naturalis*, / *aberrans* seu *legalis*, } qui sequitur naturæ { perfectionem & virtutem: / imperfectionem aut vitium.

* 1. *Statum utrumque* Aristoteles *disertè considerat tùm in Herili Societate, dum I. Polit. 3. & 4. inter servum φύσει & νόμῳ distinguit: tùm in Civili, ubi πλεονεξίας à rectis Rebusp. passim secernit.*

2. *Ne quis autem hanc distinctionem cùm illâ* Juris in Naturale & Legitimum *Tab. XXV. confundat, notanda sunt sequentia*: Status Naturalis τὸ ἁπλῶς δίκαιον *rigorosè observat*; Legalis *aut negligis planè, aut rigorem istum admixtione τῷ κατά τι δικαίῳ diluit.* (τὸ ἁπλῶς δίκαιον, ne quis erret, hoc loco illud est, quod pretia personarum ex virtute, τὸ κατά τι, quod ex divitiis, numero, aut similibus primariò metitur.) *Status* Naturalis *essentiæ & intellectui*, Legalis *existentiæ & sensui accommodatus est.* Ille *idealis, perfectus, & qualem optes*; hic *possibilis, imperfectus, voto nunquam major, sæpe inferior.* Ille *invariabilis*; hic *variabilis. Mensura* ille; hic *mensuratum.* Illius *figuram Theoria delineat*; Hunc *Praxis ad illius similitudinem aliquam*, (*nam exæquationem sperare materiæ vetat corruptio,*) *elaborat.*

3. *Habet hæc similitudo pariter & dissimilitudo suos* gradûs. *Unde fit, ut* Status Legalis *jam laudi, jam vituperio argumentum præbeat. Cùm enim similitudo vincit* comparatè rectus; *Cùm dissimilitudo*, corruptus *judicatur, salvis utrobique, sive rectitudinis comparatæ, sive corruptionis gradibus.* Huc faciunt, quæ *de virtute & vitio, perfectione item absolutâ & comparatâ Tab. XXVII. disserimus. Ex hominum enim bonitate vel malitiâ pendet ipsarum societatum quantacunque rectitudo vel corruptio.*

De Societatibus hominum naturalibus in genere notetur earum

4. *Et quia Societatum humanis, nihil exitialius est dissidio*, vitandi aut finiendi dissidii causâ *multa non tolerantur modò, sed connivente quasi naturâ juris etiam cujusdam auctoritate & licentiâ muniuntur, quibus aliàs aut nullus erat futurus locus, aut non perinde illustris.*

5. *Status Legalis seu aberrantis duo præcipuè videntur esse modi simplices. Aut enim* materiæ, *aut* formæ *ex parte aberratum est.* Materiæ, *si aliæ personæ copulentur in Societatem, quàm quas destinaverat natura*; Formæ, *si ordo personarum abeat à præscripto Naturæ.*

6. Definitiones Societatum *exaudiendæ sunt juxtà Statum Naturalem, nisi expresè restringantur ad Legalem.*

VII. *Divisio*. Societas humana vel est { *simplex* sive *minima*, vocatur quæ Societas domestica { *Conjugalis*. Tab. seq. / *Herilis*. Tab. XXXV. / *Paterna*. Tab. XXXVI. }
Composita immediatè è Societatib° diversis { specie & numero — *mediocris*, { *Domus*. Tab. XXXVII / *Vicus*. Tab. XXXIIX. } / solo numero — *maxima*, *Civitas*. Tab. XXXIX. }

* 1. *Societates* domesticæ *vocantur* simplices, *non quod omnem refugiant compositionem*, (*saltem enim componuntur ex personis unâ pluribus*,) *sed quia non componuntur ex aliis societatibus.*

2. *Societatum* compositarum *nomina, Domus, Vicus, & Civitas non usurpantur hîc pro continente seu loco, sed pro* contento, *id est, hominibus ipsis, & quidem in Societatem talem collectis.*


3. Civitas *est societatum* maxima *non* absolutè, (*major enim est Societas ipsarum inter se Civitatem, e. g. fœdere aut pace sibi nexarum,*) *sed* comparatione *societatum præcedentium.*

VIII. *Differentiæ*. Singularum ex Societatum differentiæ *specificæ*, [per quam scil. una simplex ab aliis simplicibus, una composita ab aliis compositis distinguitur,] partim petitur à *materiâ* seu subjecto, partim à *fine*. Et quoniam à fine pendet determinatio materiæ (saltem quoad conditiones certas,) methodi legibus convenientissimum fuerit, ut in finem singularum priùs, quàm in materiam inquiramus.

† *Hobbiane de Cive Philosophiæ πρῶτα ψεῦδη hoc esse videtur, quòd vir solertissimi aliàs ingenii Naturalis Status mensuram accepit à Legali, quod contrà factum oportebat.*

Socie-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [64] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [65] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [66] - -

TAB. XXXIV. De Societate Nuptiali.

Societatis Nuptialis

I. *Synonymia.* Vocatur & Societas *Conjugalis, Maritalis, Matrimonialis.* Græcè κοινωνία γαμικὴ.

II. *Definitio.* Societas Conjugalis est Societas naturalis mariti & uxoris, procreandæ sobolis, & in negotio domestico auxilii gratiâ.

III. *Finis* { *primarius*, procreatio sobolis, seu conservatio *speciei* humanæ in statu *Physico*. / *secundarius*, auxilium in curatione domesticâ, in educandis scil. *liberis*, regendo *famulitio*, & administrandâ *re familiari*.

IV. *Materia simplex*, Maritus & Uxor, ille mas, hæc fœmina, uterque ad conjugium habiles. Sexuum discrimen in personis hujus Societatis esse oportere, *probatur firmissimè à fine primario*, qvia sine utriusqve sexûs conjunctione propagari genus humanam non potest; *qvodammodò & à secundario*, quia in curatione domesticâ suæ utrique sexuiq; naturâ partes sunt assignatæ, ut nempe in educandâ sobole vir præcipuè subeat curam *animi*, fœmina *corporis*; ille *servos*, hæc *ancillas* regat; ille *foris acqvirendo* (est enim naturâ audacior,) hæc *domi rem custodiendo* (est enim subtimida) magis officium suum impleat.

V. *Forma seu ordo personarum.* Est quidem uxor marito causa socia: veruntamen tùm ob dignitatem animi & corporis, tùm ob operis præstantiam, vir naturâ magis imperat, quàm fœmina, imò vir etiam fœminæ, tanqvam principio passivo activum, imperat.

VI. *Status Legalis seu aberrans* ex parte { *materiæ*, ut si conjugium sive utrinqve, sive alterâ ex parte ineatur ætate effœtâ. / *formæ*, ut si uxor ob divitias imperium sibi in maritum sumat.

TAB. XXXV. De Societate Herili.

Societatis Herilis

I. *Synonymia.* Vocatur Græcè κοινωνία δεσποτικὴ, id est, Societas *Dominica.* (cessariarum gratiâ.

II. *Definitio.* Societas Herrilis est Societas naturalis simplex Domini & servi, rerum ad vitam necessariarum gratiâ.

III. *Finis*, conservatio *individui* in statu *Oeconomico*, quæ consistit in parandis rebus ad vitam tuendam necessariis. Eas Aristoteles I. Polit. 1. κατηγόρως vocat.

IV. *Materia simplex*, Dominus & Servus. Ad rem enim acqvirendam ex dignitate naturæ est ut concurrant duæ personæ, quarum una sit causa *principalis*, altera *instrumentalis*. In principali reqviritur vis *ingenii prudentis* potiùs, qvàm corporis robusti; in instrumentali contrà *corpus laboribus aptum*, animi vis non major, quàm quæ alienæ prudentiæ dicta possit capessere, qvasiqve ex alio, quod pariat, concipere, sicut in procreatione sobolis fœmina concipit è viro. Talis qui est, eum Aristoteles *naturâ* servum appellat, definitqve *instrumentum animatum, activum, separatum, rationis particeps, qvod secundum naturam non suum ipsius, sed totum est alterius*, id est, Domini *naturâ* talis.

V. *Forma seu ordo personarum.* Dominus, qvia est causa principalis, imperat; Servus, qvia instrumentum, paret. Qværitur autem in hoc herili imperio Dominus utilitatem suam.

* *Qvæ de domino & servo diximus, eadem suo modo & ad Heram atqve Ancillam pertinebunt.*

VI. *Status legalis seu aberrans* ex parte { *materiæ*: ut si Dominus pariter & servus servili sint ingenio, qvemadmodùm apud barbaros. / *formæ*, ut sæpè fit in servitute *legali*, puta, si herilis homo ingenii bello captus hebetis judicii Domino servire adigitur.

* 1. *Nulla Societas domestica magis ad* legalem *statum deducta est in praxi, quàm herilis: idq; factum ob evitandas lites, qnæ tum de ingeniis herilibus & servilibus, tùm de dominiis rerum suboriri poterant.*

2. *Servitutem* naturalem *dari affirmat Aristoteles, JCti negant. Respexit ille ad statum naturalem, hi ad Legalem. Est ergò tantùm apparens contradictio.*

TAB. XXXVI. De Societate Paternâ.

Societatis Paternæ

I. *Homonymia.* Vocatur & Societas *Patria.* Græcè κοινωνία πατρικὴ.

II. *Definitio.* Societas naturalis simplex parentum & liberorum, educationis Liberorum gratiâ.

III. *Finis.* Educatio sobolis: qvæ est ejus à primâ infantia ad maturitatem tùm corporis tùm animi conveniens perductio.

* *Hinc patet, in liberis, qvod ad statum naturæ attinet, duo tantùm tempora distingvenda esse: unum, ab infantia ad annos maturitatis*; alterum *ab his annis per reliquum vitæ spacium. Ac durat qvidem per omnem ætatem debita filialis observantia: sed cùm maturitatem parentum beneficio adepti sint Liberi, causa non est, qvin, egressi domo simul, & huc restrictâ societate paternâ, ipsi per se familiam novam auspicentur.*

IV. *Materia simplex*: Parentes & Liberi. Ut enim pomum naturaliter non alibi matureſcit, quàm in eadem, è qua efflorvit, arbore: sic ad infantum educationem nemo naturaliter nec aptior est, nec obligatior, qvàm ejus parentes.

* *Servatur hæc Societas etiam altero parente mortuo (absente) inter parentem superstitem (præsentem) & sobolem.*

V. *Forma, seu ordo personarum.* Parentes, quia maturæ sunt ætatis, imperant, Liberi, quia per ætatem nullo aut infirmo judicio, parent. Major tamen eorum versùs patrem, quàm matrem, obligatio est parendi.

VI. *Status legalis seu aberrans* & parte { *materiæ* deprehenditur in adoptionibus. / *formæ* ostenditur in nimia parentum *indulgentiâ*, qua fit, ut nec penes ipsos imperium, nec penes liberos obsequium esse videatur. Item in nimia parentum *severitate*, si liberis utantur ut servis legalibus.

TAB. XXXVII. De Domo, seu Familiâ.

Domûs notetur

I. *Synonymia.* Vocatur & *Familia.* Græcè οἶκος vel οἰκία.

II. *Homonymia.* Domus seu Familia sumitur
- *latè*, pro complexione omnium personarum in domo, sive sint *causæ*, sive *effectûs*. Et sic familiæ partes sunt etiam Liberi.
- *strictè*, pro complexione tantùm earum personarum in domo, qvæ sunt *causæ*. Et sic liberi (qvoniam quà tales, non causæ sunt, sed effectûs; non cooperantur Patrifamilias ad finem, sed sunt finis ipse matrimonii juxta & patrimonii) excluduntur. Hæc significatio præcipuè est hujus loci.

* 1. *Hic secernuntur* pueri *ab adultis*, effectûs *à causis*, *ut paulatim elimetur hominum varietas ad civitatem. Qvæ adultorum est propriè, non puerorum, causarum Beatitudinis & sufficientiæ, non effectuum. Interim à sive Beatitudinis pueri non excluduntur.*

2. *JCti* Familiæ *vocabulum, ut patet è titulo de V. S. multis usurpant modis. Quorum nullus accuratè qvadrat intentioni hujus Philosophicæ. Cavendum ergò, ne cum Bodino hoc argumentum è JCtorum stilo judicemus.*

III. *Definitio.* Domus est societas naturalis prima (*i. e. immediatè composita*) è societate nuptiali & herili, usûs qvotidiani gratiâ.

IV. *Finis.* Usus qvotidianus. Habet enim Paterfamilias qvotidiè qvod domi curatum velit.

V. *Materia*
- *complexa*: Societas Nuptialis & Herilis conjunctæ, qvarum illa Patrifam. cum uxore, hæc cum servo intercedit. *Probatur à fine dicto*: qvem Paterfam. obtinet mediantibus personis, sibi per modum causarum adjunctis, uxore nempe, & servo.
- *simplex*: Personæ societatem nuptialem & herilem ingredientes, quæ sunt Paterfamilias, Uxor, Servus. *Unde patet*, has tres personas minimùm constituendæ Familiæ sufficere. Vocantur autem, qvatenus in Domum collectæ sunt, *Domestici*. Qvæ vox etiam suo modo ad Liberos extendi potest.

VI. *Forma, seu Ordo Personarum*: Similis est *Monarchiæ*. Unus enim Paterfamilias imperat; reliqvi domestici subsunt: magis tamen servus, (cujus conditionem ob intellectûs imbecillitatem seqvuntur hîc & Liberi,) qvàm Uxor. Qvia Uxor est causa Patrifam. certo modo *coordinata*, servus tantùm *subordinata*. Itaq; & illa qvadantenus particeps est imperij domestici. Conf. Tab. XXV. membr. 4.

* 1. *Personas domesticas* Libertas *præcipuè &* Servitus *distingvit. Ac* Servitus *qvidem haud dubiè servorum est. Cæteri* Libertate *gaudent aliqvâ. Sed maximâ Paterfamilias; mediocri Materfamilias; minimâ (ob ætatem) Filiusfamilias. Ea propter solius Patrisfam. Libertas absoluta est; Uxoris verò & Filii cum aliqvâ servitutis imagine permista.*

2. Patrifamilias *absolutam tribuo Libertatem. Talem enim hîc animo complector, qvalem Natura postulat, ingenio scil. sic pollentem, ut & domesticos suos* subditos *rectè gubernare, & rem familiarem utiliter tractare qveat. Qvæ virtus omninò digna est Libertate, qvanta in domo cogitari potest maxima. Qvæ absolvitur partim* potestate in personas (*in Uxorem conjugali, in Servum Herili, in Filium Paternâ*) *partim* Dominio rerum *domesticarum. Unus qvippe Paterfam. Uxori maritus, Filio Pater, Servo & Opibus Dominus est.*

3. *Imò & egressa domo hæc Libertas complectitur* potestatem seu jus cum aliis *Patribusfam.* contrahendi *affinitatem, paciscendi, emendi, vendendi, &c.*

4. *Hæc ergò* Libertas domestica *summa est potestas: sed in* domo, *non in* civitate. *Summa in Civitate Potestas, ut suo loco videbimus*, Majestas *vocatur, potestq; etiam appellari* Libertas Civilis, *ut ab hâc scil. Libertate* domestica, *qvam &* personalem *nuncupant qvidam, distinguatur.*

5. *Potest autem Libertas omnis, perinde ut servitus, non modò juxtà statum* naturalem, *sed &* legalem *expendi.*

VII. *Status Legalis, seu aberrans.* Colligi potest è Tabulis præcedentibus. Juvat tamen hîc ponere exemplum peculiare aberrationis ex parte formæ: si scil. ob imbecillitatem Patrisfam. personæ domesticæ omnes relinquantur plenæ libertati seu licentiæ, qvod velint, agendi.

TAB. XXXVIII. De vico seu Pago.

Vici notetur

I. *Synonymia.* Vocatur & *Vicinia, Vicinitas, Pagus.* Græcè κώμη.

II. *Definitio.* Vicus est Societas naturalis prima (*i. e. immediatè composita*) è pluribus familiis, usûs non qvotidiani gratiâ.

III. *Finis.* Usus non-qvotidianus. Evenit enim, licet non qvotidiè, ut Patrifam. sepes erigenda, fur, aut lupus arcendus sit; & si qvi sunt casûs similes, qvibus procurandis ipse cum familiâ solus non sufficit.

IV. *Materia*
- *complexa*: Familiæ plures, numero indefinito, qvantus ad istos usus sufficit.
- *simplex*: Personæ familiarum plurium: Qvæ qvatenus collectæ sunt in vicum, vocantur *Vicini*.

V. *Divisio.* Vicus est
- *prima* formæ, constâs ex familiis cognatis, qvarû uni reliqvæ omnes sunt coloniæ.
- *secundæ* formæ, constâs ex familiis matrice familiâ destitutis, aut planè nõ cognatis.

VI. *Forma seu Ordo Personarũ*, in Vico
- primæ formæ *similis* } *Monarchiæ*, qvia habet familiam matricem.
- secundæ formæ *dissimilis* } *Monarchiæ*, qvia non habet familiam matricem.

VII. *Status legalis seu aberrans* ex parte
- *materiæ*: ut si viciniam faciant fullones cum carbonariis.
- *formæ*: ut si in pago primæ formæ familiæ matrici debitum obseqvium denegent cæteræ.

Civita-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [69] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [70] - -

TAB. XXXIX. De Civitate.

Civitatis consideretur

I. *Synonymia.* Vocatur græcè πόλις, latinè interdum *Respublica* per synecdochen formæ pro formato.

* Urbs & opidum *synonyma civitatis sunt tantùm cùm* locus continens *significatur. Quam significationem jam supra Tab. XXXIII. membr. 5. annot. 2. excluſimus.*

II. *Homonymia.* Civitas sumitur interdum { *partialiter*, pro parte tantùm integrali Societatis civilis perfectæ, opido uno comprehensâ, qvalis est e.g. Civitas Lipsiensis. / *totaliter*, pro totâ Societate civili perfectâ, multis sæpè opidis comprehensâ. Et ita h. l.

III. *Definitio*: Civitas est societas naturalis immediatè composita è pluribus vicis, omnis sufficientiæ, ipsiusqve adeò Beatitudinis gratiâ. *Breviùs*: Civitas est Societas naturalis omnium perfectisſima.

IV. *Efficiens*, Natura. Homo est animal naturâ civile, h. e. vi suæ naturæ appetens Societatis civilis, eiq; per naturam destinatum atq; aptum. *Probatur 1. à fine*: Homo naturaliter appetit Beatitudinem, E. & illam Societatē, cujus Beatitudo finis est. *2. à materiâ*: Homo naturaliter aptus est ad Societatem domesticam, E. & ad Societates reliqvas, & maximam inprimis, qvæ præcedentium Societatum ultimum quasi incrementum est.

* 1. Naturam *hominis hic intellige, qvâ parte* illæsa *est. Quatenus enim* depravata, *non miram, si in bellum, h. e. civilis Societatis internecionem, proclivem deprehendimus.*

2. *Ad hanc depravationem etiam referre licet* (*ad Naturam certè, prout ea distingvi solet à Ratione,*) *quod VIII. Nic. 12. scribitur, hominem naturâ esse συνδυαστικὸν magis, quàm πολιτικὸν, id est,* nuptialis Societatis appetentiorem, qvàm civilis. *Nempe corruptæ indoli major est libidinis cura, quàm veræ Beatitudinis.*

3. *Rursus ad laudem nostram pertinet, qvòd* omni ape, omniqve animali congregabili civilior esse natura nostra *prædicatur I. Polit. 2. nimirum, qui a lingvam nobis dedit, non jucundi tantum & molesti, sed commodi & damni, quodq; maximum hic est honestorum ac turpium interpretem.*

V. *Finis* { *ultimus, εὐδαιμονία* i. e. vera Beatitudo civilis, nō uni homini, sed toti populo infinuanda. / *subordinatus, αὐτάρκεια*, id est, bonorum ac præsidiorum externorum sufficientia: ut scil. paulò elegantiùs, qvàm in pago vivamus, nec furunculum modò nocturnum, sed & validam latronum manum arcere qveamus.

* 1. *Fines isti nondum obtinentur à pago.* Non prior, *qvia ut vicinus vicinum ex viro malo bonum reddat, nullâ vici, qvâ talis, conventione comprehenditur.* Non posterior, *ob unius pagi nondum justam* πολυανθρωπίαν. *E. natura ipsa perfectiorem adhuc societatem desiderat. Et hæc est Civitas.*

2. *Et quia rebus humanis Beatitudine civili præstantior finis ac superior cogitari non potest: ideò Civitas Societatum omnium est* perfectisſima.

VI. *Materia* { *Complexa*, Vici plures numero indefinito, qvantus ad dictos fines sufficiat.

* *Plures familiæ, qvàm pro uno vico, requiruntur*, ad priorem finem, *quia sine justâ multitudine nec magistratus varii, (quos inprimis decet esse prudentes & eruditos, nam & juventutis formatores referendi huc sunt) commodè haberi, nec legibus vis coactiva firmiter conciliari potest*: ad posteriorem, *qvia præter agricolas, qvi pago utcunqve sufficiunt, oportet esse Mercatores, opifices, milites.*

Simplex, ipsi Patresfamilias, qvi qvatenus collecti sunt in Civitatem, vocantur *Cives.* Estqve adeò civis pars civitatis simplicisſima.

* 1. *Civem hic intellige* non secundùm qvid, *sed* simpliciter *ita dictum. Cujus requisita è V. Nic. 6. colligi duo possunt*: unum, *ut sit persona libera* (*non enim è liberis & servis simul, ut domus, sed è solis liberis tanquam partibus, ut ita loqvar, vitalibus, componitur civitas*:) alterum, *ut se cæteris præbeat socium ad justam αὐτάρκειαν, & conseqventer Beatitudinem civilem.*

2. Prior conditio *excellenter inest patrifamilias. Igitur à partium civitatis simpliciter dictarum censu submoventur hic* fœminæ & servi, *sicut è partium familiæ simpliciter dictarum censu jam Tab. XXXVII. membr. 2. annot. 1. submovebamus* pueros.

3. Posterioris *autem* conditionis *defectu submoventur* Peregrini & Incolæ (*nudi*) *h. e. liberi homines, qui in civitate degunt qvidem, aut in ea familiam aliunt etiam, sed cum veris ejus membris ad communem Beatitudinem aut αὐτάρκειαν non plenè conspirant.*

4. *Possunt interim matresfamilias, peregrini & incolæ appellari* cives secundum qvid, *si non aliam ob causam, saltem libertatis, qvam habent, contemplatione.*

5. Simpliciter dictus civis *definitur persona, qvæ cum cæteris in civitate communem habet consultandi, judicandiq; potestatem, III. Pol. 1. Ubi neminem offendat, qvod hic solius populavis Reip. civis definitus esse videtur. Est enim Civis, cum in Monarchicum, Oligarchicum, & Democraticum dividitur,* analogum *genus, cujus in statu naturali potissimum analogatum est Civis Democraticus.*

6. *Affectio Civium est* dignitas Civilis, *de qua Tab. seq. XL.*

7. Divisiones *autem Civium exhibebit Tab. XLI.*

VII. *Forma seu ordo personarum* in hâc Societate, vocatur Respublica, de quâ Tab. XLII.

IIX. *Status legalis seu aberrans* ex parte { *materiæ*, ut si è meris servis, qvemadmodùm apud barbaras nationes, civitas congregetur. / *formæ* intelligetur è doctrinâ de Rebusp. aberrantibus seu corruptis.

De Dignitate Civili.

I. *Synonymia.* Vocatur ab Aristotele ἀξία, sub audi πολιτική. Grotii stilo diceres *aptitudinem* civilẽ.

II. *Definitio*: Dignitas Civilis est mensura, juxtà qvam cives in jure magistratûs adeundi æquales inter se, vel inæqvales æstimantur.

III. *Objectum*, seu *Terminus* (posSis & *Effectum* appellare) est Magistratus. Cujus 5.

1. *Homonymia.* Magistratus sumitur per modum { *concreti* pro persona habente imperium. / *abstracti* pro imperio ipso. Ita sumemus hoc loco.

* *Qvale verò sit hoc imperium, sequentia dabunt. Ubi securus est Peripateticus de acceptione horum vocabulorum in Imperio olim Romano, aut apud SCtos.*

2. *Synonymia.* Vocatur & Imperium, Honor, Curatio. Græcè ἀρχὴ, τιμὴ, ἐπιμέλεια. 10.

* *Latiùs tamen interdum* τῆς τιμῆς, *& magis insuper* τῆς ἐπιμελείας *vocabulum patet.*

3. *Distinctio vocis* Magistratus seu Imperium est vel { Domesticum { Maritale. / Herile, ἀρχὴ δεσποτική. } / Civile, ἀρχὴ πολιτική. Et hoc est huius loci.

4. *Definitio*: Et definitur III. Pol. 3. imperium *in homines similes genere* [*seu sexu, hinc distinguitur à maritali,*] & liberos (*hinc ab herili,*) 15.

* *Alia Definitio sed ab enumerationes exercitiorũ magistralium habetur IV. Pol. 15. Magistratûs sunt, qvibus & consultandi de qvibusdam, & judicandi, & præcipiendi, atqve hoc qvidem maximè, collata est facultas.* 20.

5. *Divisiones*: sunt variæ: præcipuæ verò tres. Dividitur enim Magistratus

(1.) à gradibus in { *supremum* seu *summum*: ἀρχὴν κυρίαν πάντων. Hæc est ipsa Majestas. De qvâ suo loco. / *subordinatum* seu *inferiorem*. }

(2.) ab exercitiis in { *præcipientem* / *consultantem* / *judicantem* } ἀρχὴν { ἐπιτακτικὴν: / βουλευτικὴν: / κριτικὴν. } 25.

* 1. *Ex his generibus* Præcipiens καὶ ἐξοχὴν *vocatur magistratus, (confer definitionem ab exercitiis.) Unde juxta hunc sensum tres Reip. partes esse dicuntur*: Senatus (τὸ βουλευόμενον,) Magistratus (τὸ ἀρχικὸν) & Judicia (τὸ δικάζον.)

2. *Distinctionis etiam gratia consultantes & judicantes dicuntur fungi magistratu* definito, (ἀρχὴ ἀορίστως:) *præcipientes verò* definito (ἀρχὴ ὡρισμένη.) 30.

3. *Definiti magistratûs ab objecto* subdividi *possunt in varia genera, qvæ licebit è IV. Polit. 15. & VI. 8. petere. Hic illud tantùm monere operæ pretium est, alios eorum artis & experientiæ plurimùm (ut bellicos,) alios parùm aut propè nihil postulare.*

(3.) à finibus civitatis, in eum qvi facit ad { *Sufficientiam* & esse / *Beatitudinem* & bene esse } Civitatis. 35.

* 1. *Perqvam simile huic est distinctio VI. Pol. 8. in* ἀρχὰς ἀναγκαίας, *magistratûs* necessarios, *&* τοὺς πρὸς εὐπραξίαν χρησίμους, *qvi* ad bonitatem ordinis & ornatum conferunt. *Qvo posteriori genere comprehendit etiam Philosophus curam Iudorum, atqve adeò oblectationis honestæ.*

2. *Non autem dubium est, qvin ad Beatitudinem* Civilem *vel imprimis faciant Magistratûs* Scholastici.

3. Æternæ *verò Beatitudinis procuratio ad personas sacras, seu (ut in Christianis Rebusp. vocamus)* Ecclesiasticas *pertinet. Qvia verò seculare Regimen ab Ecclesiastico decet esse distinctum: ideò Aristoteles ipse VII. Polit. 15. sacerdotalem ordinem disertè à Magistratibus Civilibus secernit.* 40.

6. *Modus acqvirendi*, duplex, per { *Electionem* / *Sortitionem* } qvâ determinatio personæ voluntati humanæ { committitur: / eximitur. }

* 1. *Acquiritur etiam Imperium Jure Belli. Sed hîc eos tantùm modos exhibeo, qvi* non *sunt* violenti. 45.

2. *Ad sortitionem reducenda qvoqve est* successio, *qvæ fit* jure natalium, *seu sorte nascendi.*

3. *Si determinantium civium justitiam cum determinandorum modestiâ conjunctam præsupponas, aptior est* Electio; *sin contrà horum ambitionem, illorum injustitiam aut ignorantiam,* Sortitio. *Atq; his nominibus Statui* naturali *Electio*, Legali *sortitio accommodatior est.* 50.

4. *Facit tamen etiam locum ut Electioni* inæqualitas, *sic sortitioni* æqualitas *civium.*

5. Electio *ex parte tùm eligentium tùm eligendorum dividitur in* liberam & restrictam.

6. *Si multitudinem prius restringat Electio* (Sors) *ultimò determinandam sorte* (Electione) *modus uterqve misceri dicetur.* 55.

7. *Modus administrandi* duplex, { ex / sine } { *legibus præscriptis*, ut valeat in Rep. / voluntas imperantium } { restricta. / sibi relicta. }

* *Hi duo modi in Statu* naturali (*ubi voluntas imperantium paria semper cum lege facit*) *in unum coeunt; distincti sunt tantùm in* legali, *ubi hominem sibi relinqvere summi res periculi habetur. Itaque hîc prior modus, in Monarchia præsertim, antefertur posteriori: qvi alias Remp. extremè corruptam arguit.* 60.

IV. *Divisio.* Dignitas civilis aut attenditur in Reip. { Naturali, & est . . . . . *Virtus*, Ἀρετὴ / Statu { Legali est; vicissim vel { Eminens, magistratum { inchoandi, *Divitiæ*, Πλοῦτος. / continuandi, *Nobilitas*, Εὐγένεια. } / Communis, personalis *Libertas.* Ἐλευθερία. } } }

* *Harum 4. Dignitatem uberiorem explanationem qvære Tab. seq. sub membr. 1.* 65.

V. *Theoremata*

1. In Statu *Naturali* cives ex virtute alibi *æquales*, alibi *inæquales* cogitari possunt.

2. In Statu *Legali* ubiqve cives *æquales* facit Libertas personalis; *inæquales* Divitiæ & Nobilitas.

3. Æqvalibus / 4. Inæqvalibus } *in dignitate* tribuenda sunt { æqvalia / inæqvalia } *in honore.*

Divi-

Dignitatis Civilis notetur

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [73] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [74] - -

TAB. XLI. De Divisionibus Civium.

I. *à dignitate Civili in* { *Optimates, γνώριμοι,* / *Plebejos, δῆμον* } *sub qvibus sunt:* 1. { Virtute præditi. { Divites. { Nobiles, *ἐυγενεῖς,* / Ignobiles, *ἀγενεῖς.* } } 2. ——carentes. { Pauperes. } }

* 1. Libertas *personalis qvoniam in omni Statu affectio Civium est* unita. *non præbet fundamentum eos dividendi ut Dignitates cæteræ,* Virtus, Divitiæ, Nobilitas, *qvæ sunt affectiones* disjunctæ.

2. *Intelligitur autem hic VIRTUTIS nomine* Prudentiâ Civilis, *h. e. habitus Magistratum aliqvem civilem rectè gerendi: potestq; iisdem modis dividi, qvibus Tab. præcedente divisus est Magistratus.* Primò *enim ad summum Magistratum apta erit Civilis Prudentia perfecta & absoluta; ad inferiorem verò Prudentia certi tantum generis, ut ad bellicum bellica, ad literarium literaria, id est, Eruditio, qvam παιδίαν vocare in Politicis amat Aristoteles.* Secundò *alteri Magistratûs divisioni inserviet qvodammodo divisio Prudentiæ è Tab. XXIX. in* γνωστικὴν, βουλευτικὴν & δικαστικὴν: *nisi qvod non à qvolibet præcipiente Magistratu, sed ab eo tantum qui summum tenet imperium, flagitatur Prudentia* νομοθετική, *cum hæc videatur ejus, qvam modò absolutam diximus, esse pars præcipua. Substituatur ergò vox Prudentiæ* ἐπιστήμης. *Et hæc tantò minutiorem esse sufficit, qvantò minus experientiæ ad unum aliqvod exigitur.* Tertiò *alterius generis Prudentiâ ad* διανόησιν *alterius ad* ἐυδαιμονίαν *adjuvandam opus est.*

3. *Ad DIVITIAS qvod attinet, partes ejus I. Rhet. 5. recensentur, nummi, amplitudo regionis, agrorum possessio, suppellex, pecora, mancipia.*

4. *Ad Virtutem & Divitias revocari etiam possunt* Beneficentia & Potentia [ἐυεργετικὴ, καὶ δυναμις,] *V. Polit. 10. Dignitatibus civilibus annumeratæ. Ut enim* potis *benefacere, Divitiæ præstant; Virtus, ut etiam velis.*

5. *Qvòd si ergò Beneficiorum aut potentiæ contemplatione deferatur alicui imperium placeatqvè ut idem in familiam transeat, & hereditarium fiat, NOBILITAS nascitur, qvam generis vocamus: eaq; duplex. Qvam enim Beneficia pepererunt ex* Virtute, *qvam Potentia, è Divitiis magis esse censetur. His duobus Nobilitatis generibus tertium, si placet, adjice,* ex utroqve *simplici compositam. Qvanqvam autem omnis ex Nobilitate dignitas ad legalem pertinet statum, qvia non necessariam habet cum virtute propriâ connexionem: naturali tamen vicinior est, cujus origo penes virtutem, qvàm cujus penes divitias fuerit.*

6. *Enimverò ex omnibus dignitatibus Civilibus* Virtus propria *juxta præscriptum Justitiæ distributivæ* ἀπλῶς *meretur Imperium Civile, reliqvæ cæteræ. Illa enim Beatitudinem Civitati per se conciliat; hæ cooperantur tantum, aut rationem habent causæ sine qua non, vel ornamenti, magis; secundarium civitatis finem, qvàm primarium attingunt. Itaqve virtutem in* Naturali; *Divitias, Nobilitatem, Libertatem in* Legali *statu attendi diximus. Licebit; adeo virtute præditos* simpliciter *Optimates vocare; Divites ac Nobiles Optimates* secundum qvid.

7. Optimates *vocò, qvos Aristoteles græcè γνωρίμους.* Nobilitatis *enim vocabulum Tab. præcedente jam occuparunt* εὐγενεῖς. *Ac servabo hæ notiones, vitandæ ambiguitatis causâ, in posterum qvoqve.*

8. *Jam ut* secundum qvid *Optimatibus hoc vitii solet adhærere, ut se* simpliciter *superiores seu* inæqvales *esse falsò existiment: ita* Plebejis, *ut (ob Libertatem personalem, & proportionem arithmeticam,) cæteris* simpliciter *pares seu* æqvales *perperam sibi videantur. Atqve illis serè honorum, his rei familiaris major appetentia est. Et qvoniam* simpliciter *Optimates amore virtutis malunt jure suo, qvod optimum habent, cedere, qvàm dissidiis Remp. lacerare: indè fit, ut his qviescentibus omne de Imperio certamen intrà factiones hinc* Divitum, *inde* Pauperum *vertatur.*

9. *Opponunt ergò in hoc Legali Statu* Divites & Nobiles *factioni adversæ* Eminentiam *suam, & ob hanc* inæqvalitatem *sibi solis imperium deberi disputant. Enimverò* Divites *hoc ipso, qvia divites & latè agrorum domini sunt, non modò plus contribuunt ad* ἀναφορείας, *sed & in majorem veniunt opinionem amoris in Remp. & Justitiæ, siqvidem & ipsorum magis interest servari Remp. & causa, cur alii suum eripiant, abest. Est & Nobilium prætextus speciosus. Sive enim hanc dignitatem illi* Divitiæ *Majorum conciliarunt, æqvum videtur, ut jus semel prædiis alligatum ad prædiorum qvoq; transeat hæredes; sive* Virtus *eorum ac Beneficentia, filiis etiam Parentum merita imputare jubet Gratitudo. Accedit, qvòd & proborum filios verosimile est probâ indole natos esse, & opulentorum ad optima qvæq; felicius à teneris educari potuisse.*

10. *Diversâ è parte* Pauperum Ignobilium qve *causam* communis *orat* Libertas, *& æqvalitatis jactatione Divitibus & Nobilibus æquiparare ipsos sua esse contendit. Etenim, ut curam salutis publicæ, sic imperium civibus universis commune esse debere: illud in primis, qvod deliberando constet atqve judicando: plus oculos videre, qvàm oculum: nec omnibus modis inferiores esse, qvi sint numero certè superiores: nam & salutem publicam è plurium potiùs, qvàm pauciorum commodis æstimandam videri.*

11. *Qvemadmodùm igitur, si* Divitiis & Nobilitate *civilis mensuretur dignitas, ad* Optimates *in his generibus pervenire imperium necesse est: ita vicissim si mensuræ loco substituatur* Libertas personalis, *qvoniam ea cives omnes inter se æqvat, nec tamen per se efficit, ut simpliciter sint pares: jus tandem à dignitate ad numerum, à Geometricâ proportione ad Arithmeticam, à qvalitate civium ad qvantitatem & multitudinem, qvodq; indè sequitur, à melioribus ad deteriores, (horum enim seges ubiq; major,) hoc est, ab ab Optimatibus ad Plebejos deductio contingit.*

Dividuntur Cives

12. *Ab his æmulationibus minus est periculi in ea civitate, in qvâ hinc Optimates, illinc Plebeji numero vincuntur à tertio qvodam & interjecto civium genere, qvod opulentiâ, & nobilitate sit mediocre. Medios vocat Aristoteles.*

II. ab

II. ab effectu dignitatis civilis in { *Imperãtes*, seu *Magistratum*, (vôce per modum concreti acceptâ) { *Summum.* *Subordinatum.*
* *Subordinati magistratûs sunt simul* comparatè *subditi.*
Parentes seu subditos, *absolutè* dictos, omni imperio carentes.
* *Imperantes vocantur & personæ* publicæ, *subditi* privatæ. 5.
2. *Penes imperantes est* Libertas Civilis, *(cujus quidem* exercitium *adsubordinatos*, possessio *ipsum ad summos Magistratûs pervenit;) penes subditos verò* Servitus Civilis: *manente interim penes utrosque* libertate personali.
3. *Supremi magistratûs imperium ad alios subditorum* mediatè, *ad alios* immediatè *extenditur.* 10.
4. *Magistratûs alii* perpetui *sunt*, *alii* temporarii seu ambulatorii. *In ambulatoriis fit, ut eadem persona per vices nunc imperet, nunc pareat.*
Plura de Imperantibus & subditis ultrò intelligentur è Tractatu de Majestate.

III. *à formis Rerump.* in cives Reip. vel *rectæ*, vel *aberrantis*, & sic deinceps. Quod ipsum quoque ultrò intelligetur è Rerump. divisionibus. Quot enim modis Resp. totidem & Civis dividi potest. 15.
* *In Rep. rectâ idem est* civis bonus, *& vir bonus, in absolutè perfectâ perfectus absolutè.*

IV. *à relatione ad totam Civitatem.* Quæ, quia similis est animali, dividi potest in
partes { *formales*, quæ Remp. administrant { inter cives { in Templo, *Sacerdotes.* 20.
in foro { *Senatores.* *Magistratûs* (strictè dicti:) *Judices.*
adversùs hostem, *Milites.*
materiales. Et hæc rursùs subdividuntur ex variis vivendi generibus in *Agricolas, Opifices, Mercatores, Mercenarios*, & qui his sunt cognati. 25.

* 1. *Aristoteles in optimâ suâ Rep. Cives simpliciter dictos quærit tantùm in parte civitatis formali, iisq; omnia Reip. munera permittit, sed ætate dispari, militarem videlicet administrationem Juvenibus, Viris forensem, senibus sacram.*
2. *Ex generibus vivendi non cives tantùm, sed certo modo* populi ipsi *dividi possunt. Alibi scil. maxima pars populi vivit ex agriculturâ, alibi ex opificiis, & ita porrò. Quoniam autem & hæc populorum divisio conducit ad intelligenda suis locis Rerump. quædam discrimina: juvabit eam huic loco, à quo non planè aliena est, attexere:* 30.

Populi pars maxima aut vivit artibus { *Pacis*, adeoq; constat præcipuè ex { *Agricolis.* Quibus affine est *Pastoritium* vitæ genus. 1.
Opificibus. . . . . . 2. 35.
Mercatoribus. . . . . . 3.
Mercenariis. 4
Belli, ex militiâ { terrestri { adeoq; constat præcipuè ex { *Equitibus.* . . . . 1.
Peditibus { *maturæ* { *gravis.* 2
levis. 3. 40
navali, { *Militibus classiariis.* 4.

2. *Inter causas horum discriminum non minima est ipsa* Regionum diversitas. *Fertilis enim terra facilius Agricolam alit, aut Pastorem; Sterilis civem cogit opere manuario, aut mercibus aliunde advehendis victum quærere. Sic regio campestris & plana opportunior Equiti est; montosa & confragosa, Pediti. Quod si maris accola sit populus, nova se ex Aristotele multitudinis descriptio aperit hæc:* 45.


Populi enim maritimi maxima pars aut exercet { 1. *militiam* 2. *mercaturam* 3. *portitoriam.* 4. *piscatoriam.* } *navalem.* 50.

V. *à relatione ad Beatitudinem Civitatis* { æternam & temporalem } in personas { *sacras* seu religiosas & *profanas*, seu politicas.

* *In Christianorum Rebusp. vocantur* Clerici *&* Laici.

VI. à relatione ad patriam in { *Indigenas* *Advenas* } qui sunt cives Reip. in quâ nati { sunt. non sunt. 55.

Circà



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [77] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [78] - -

Circà doctrinâ de Republicâ notetur

I. *Homonymia.* Resp. sumitur { 1. pro { *toto* compositō, id est Civitate. / *parte* formali huius compositi. Et ita h.l. * *Pro toto composito sumit & Bodinus, sed si diversos ejus textūs inter se componas, sensu planè monstroso, ac propè inexplicabili.* 5. } 2. { *latè*, ut & Monarchiam comprehendat. / *strictè*, ut Monarchiæ contradistinguatur: *ut cùm in sermone populari Galliam Regnum esse, non Rempublicam, dicimus.* } }

II. *Synonymia.* Quandoque vocatur *Imperium*: item *Status*, vel *formâ* Civitatis, aut Reip. Græcè πολιτεία. Quæ vox apud Aristotelem interdum *strictō* sensu solam popularem formam eamque rectam designat. 10.

III. *Definitio.* Respublica est ordo civitatis tùm aliorum Magistratuum, tùm præcipuè, qui summam habet potestatem, III. Pol. 4. *Id innuit hæc definitio. Remp. esse ordinem non modò imperantium & subditorum: sed etiam, quoniam hic inter ipsos imperantes subordinatio est quædam*, magistratûs supremi & inferiorum. 15.

IV. *Termini ordinis* { *Personales*: Imperantes & subditi. / *Reales*: Majestas & Subditio: (de quibus cognoscetur ex Tab. XLVIII.)

V. *Divisiones.* Dividitur Respublica secundum modos *essendi* 1. in *rectam* & *aberrantem*. 2. in Statum *popularem*, *Optimatum*, & *Unius*. Harum Divisionum notanda.

(1.) *Delineatio*: Respublica { *recta* vel est { *Politia*, ubi penes populum } est summa potestas, ita ut hâc potestate { publici. 20.
Aristocratia, ubi penes optimates }
Regnum, ubi penes unum }
corrupta vel est { *Democratia*, ubi penes pauperes } { præditos primario teneat cura Boni } privati. 25.
Oligarchia, ubi penes divites
Tyrannis ubi penes unum }

* 1. *Complicatæ hîc sunt duæ Rerump. divisiones.* Prior à formis moralibus *in rectam, quæ statum naturalem, & aberrantem, quæ legalem repræsentat*: Posterior *a numero imperantium*, (numericas formas *appellare liceat in posterum.*) *in Monarchiâ, Aristocratiam, seu (quod hîc perinde est) Oligarchiam, & Democratiam.* 30.

2. Aristocratiæ, Oligarchiæ, & Democratiæ *vocabula jam latè, jam strictè capiuntur*: Latè, *cùm à moralitate abstrahunt*; strictè, *cùm eandem implicant. Latè usurpavimus annot. præcedente: strictè in Delineatione ipsâ.*

3. *Præter numericas* tres formas *Josephus* quartam διονομίαν *in exemplo Reip. Judaicæ considerat lib. II. contrà Apion. Sed nos humanas, non divinas Resp. animo concipimus.* 35.

(2) *Theorematα.*
1. Juxta statum naturalem perfectum divisio moralis est tantùm non distinctio æqvivoci. *Meritò ergo eam in Theoriâ nostrâ cum Aristotele præmisimus.*
2. Numerica verò fit in species analogas. *Quarum potissima est Resp. popularis, in quâ scil. omnes cives virtute imperatoriâ sunt præditi. Quis enim dubitet, hanc formam esse perfectiorem, quàm ubi pauci, vel unus duntaxat, imperio digni reperiuntur? Quare & κατ' ἐξοχὴν vocatur πολιτεία.* 40
3. At juxta legalem statum, moralis divisio accidentalis, numerica verò essentialis habetur.
4. Et hîc optima formarum est Monarchia. *Quia facilius inter se disident multi, quàm unus à se ipso.* 45.
5. In utroq; Statu Democratiæ fundamentum est dignitas aliqua communis cum Regulâ, quæ æqualibus æqualia tribui postulat; Monarchiæ verò & Aristocratiæ, dignitas eminens cum Regulâ: inæqualibus inæqualia tribui debere. *Juxta hæc si quis numericam divisionem per ἀχοτομὴν exequi velit, sic pregredietur: Imperium aut asseritur ob omnibus, ut in Democratiâ; aut à non omnibus, ut in Aristocratiâ & Monarchiâ. Vulgaris ἀχοτομία, quæ Aristocratiam à Monarchiâ avulsam cum Democratiâ compingit, aliam sequitur hypothesin.*
6. In rectis Rebusp. φιλανθρωπία recta; in aberrantibus φιλαυτία perversa imperantibus imperat. (per se qværitur. 55.
7. Ideò in rectis εὐδαιμονία publica; in aberrantibus ἀυτάρκεια imperantium privata
8. Et illic subditi ab imperantibus diliguntur amore amicitiæ; hîc amore concupiscentiæ.

existendi in gradûs. Unde Resp. dicitur esse vel *simplex* vel *mixta*. De quâ Divisione Tab. seq. 60

VI. *Comparatio Rerump.* { *rectarum possibilium cum corruptis*, videlicet { *Regni cum Tyrannide*, Tab. XLIV. / *Aristocratiæ cum Oligarchiâ*, Tab. XLV. / *Politiæ cum Democratiâ*, Tab. XLVI. / *cum societatibus personarum domesticarum* Tab. XLVII.

† *Machiavellistæ* (Monarchomachi) *sic disputant, quasi omnes Respublicæ debeant esse aberrantes*, (populares) *Tollunt ergò illi Rerump. divisionem moralem*, hi *numericam*; *etsi id facere nolunt videri.*

Secun-

De Republicâ simplici & mixtâ.

I. *Delineatio.* A gradibus est, ut Resp. dividi possit in *simplicem & mixtam.* Quæ divisio cum tàm moralibus, quàm numericis formis applicari queat, idque diversimodè, magnæ ambiguitati obnoxia est. A qvâ liberari meliùs non potest, qvàm si varii *miscendi* Remp. *modi* declarentur. Intelligitur ergò fieri mixtio vel penes

Secũdum' existentiã dividitur Resp. in *gradûs* Qvorum notanda

1. *dignitates civiles.* Et sic Resp. simplex, (*mixta*) vocatur cùm in conferendo magistratu, præcipuè summo, attenditur unum modò [*non unum modò*] dignitatis civilis genus. Et hoc sensu mixta iterum bifariam dicitur. Aut enim miscetur dignitas

- *naturalis cum legali*
- *legalis eminens cũ cõmuni*

} Et hanc mixturâ {1. 2.}

* *Ubi magistratûs hereditarii sunt, ibi Nobilitas maximè attendi dicitur.*

2. *formam & modum administrandi.* Qvi judicatur vel

ex parte

- *legum.* Et tùm Resp. simplex (*mixta*) vocatur, cùm à summo magistratu imperatur (ex) (*sine*) præscriptis legibus. Et hanc mixturam 3.
- *formæ interna & externæ.* Et tùm Respublica simplex (*mixta*) vocatur, cùm forma interna Reip. congruit (*non congruit*) cum externâ. Verùm est hîc ambiguitas invocabulo formæ. Qvæ intelligi potest vel
  - *moralis.* Atqve sic Reip. simplicis exemplum est in *Tyrannide manifestâ*; mixtæ in *occultâ*. Nos hujusmodi mixturam 4.
  - *numerica.* Atqve hoc sensu Resp. *mixta* illa est qvâ vulgò significant, cum ajunt, aliam esse Reip. *formam*, alium *administrandi modum* (his scil. vocabulis *strictè* acceptis!) *Ut si v. g. forma sit aristocratica, modus administrandi monarchicus.* Nos hanc mixturam 5.

3. *formam & formam.* Ubi similiter intelligi potest vel forma

- *moralis.* Et tùm Resp. simplex (*mixta*) vocatur, qvæ absolutè (*comparatè*) est recta vel aberrans. Nos hanc mixturam 6.
- *numerica.* Et tùm Resp. simplex (*mixta*) vocatur, in qvâ majestas penes imperantes est indivisim, (*divisim:*) *puta e. g. si partem Majestatis habeat unus, partem Optimates, partem plebs. Quo in casu ex omnibus tribus formis specie diversis mixta dicetur Resp. Quanquam & è pluribus solo numero distinctis formis mixtio fieri potest.* Nos hanc mixturam 7.

melioris distinctionis gratiâ vocabimus mixtionẽ

- 1. *moralem*
- 2. *numericam*

} *dignitatum.*

3. *pacti.*

- 4. *moralem*
- 5. *numericam*

} *modi.*

- 6. *moralem*
- 7. *numericam*

} *formæ.*

* *Juxta hunc ultimum mixturæ sensum, qui hodiè maximè celebris est in scholis Politicorum*, negant qvidàm dari posse Remp. mixtam. *Quorum præcipua ratio est, quod disputant*, Majestatem dividi realiter non posse. *Sed posse, planum fiet in doctrina de Majestate. E qua huic famoso mixturæ generi plenior lux speranda est.*

II. *Theoremata*

1. Absolutè recta Resp. extrà ideam, positâ humani generis corruptione, dari non potest; absolutè corruptæ dari possunt.
2. Et hæ sunt exleges illæ, omni scil. mixturâ pacti carentes. *Qvarum tanta est corruptio, ut vix mereantur salutari Respublicæ. Faciunt enim è subditis*, personali *etiam* libertate (*cui alias per pacta & leges administrandi caveri solet*) *exutis, meræ imperantium* mancipia. *Ideò Aristoteles eas appellavit δεσποτείας, h. e. imperia non* civilia *sed* herilia, *qvæ nimirum in* servos *essent non in* liberos, *quæ obtruderentur* invitis, *non accerserentur à* volentibus.
3. Prætei has ergò *despotias* qvæ in hoc orbe reperiuntur Resp. omnes moralem habent formæ mixturam. *Vocarig, adeò possunt, qvæ ab ideâ propiùs absunt, comparatè* recta, *qvæ longiùs*, comparatè aberrantes. *De qvibusdam tamen dubites, in utram vocassem sint potiùs referendæ. Hinc Aristotelem videmus Monarchias* Barbaricam & Æsymneticam *jam Regnis accensuisse III. Pol. 10. & 11. jam Tyrannidibus, IV. Pol.*
4. A formâ externâ ad internam non valet consequentia.
5. Ergò nec à mixturâ modi ad mixturam formæ. *Potest enim, ut alia taceam, & moralis & numerica modi mixtura procurata esse per sophisma, ut vocant, politicum.*
6. A mixturâ morali (numericâ) dignitatum ad mixturam moralem (*numericam*) formæ valet consequentia. *Itaque divitias & libertatem misceri idem est apud Aristotelem*, ac misceri Oligarchiam & Democratiam, *IV. Pol. 8.*

† *Præmittenda fuit hæc de* gradibus *Rerump. doctrina, at sine qvâ Rerump. subdivisiones Tabb. seqq. exhibendæ, & ad solam* existentiam *respicientes intelligi commodè non possint.*

Re-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [81] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [62] - -

Conferr. de Excellentiâ Regij.

TAB. XLIV. De Regno & Tyrannide.

Regnum & Tyrannis

- **Conveniunt**
  - I. *Appellatione generali.* Vocatur enim uterqve Status *Monarchia.*
  - II. *Quantitate seu numero imperantium.* Utrobique *unus* imperat.
- **differũt**
  - I. *Qualitate seu dignitate civili imperantium.*
    - Regno est *virtus.*
    - Quæ in Tyrannide sunt *divitiæ*, vel *potentia.*
  - II. *Fine primario, quem intendunt Imperantes.*
    - Regno est Bonum *publicum.*
    - Is in Tyrannide est Bonum *privatum.*

* *Ob hanc causam forma Regni est recta, Tyrannidis corrupta. Et qvia geminum in modum res se habet in cæteris duabus Rerumpublicarum formis, ideò membrum hoc ibi omittemus.*

- III. *Definitione.* Regnum est Resp. in quâ unus imperat ad salutem publicam.
- Tyrannis est Resp. in quâ unus imperat ad commodum privatum.
- IV. *Divisione in gradûs possibiles.* Etenim
  - *Regnum* est vel potentiæ
    - liberioris, . . . vocaturqve *Heroicum.*
    - maximè restrictæ ——— *Laconicum.*
  - *Tyrannis* est vel
    - legibus obstricta
      - electitia, vocaturq; Monarchia *Æsymnetica.*
      - hereditaria ——— *Barbarica.*
    - exlex
      - occulta
      - manifesta
      - . . . ——— *Despotica.*

* 1. Heroicæ, Laconicæ, Æsymneticæ & Barbaricæ *Monarchiæ vocabula sunt ab historiis veterum: quas hic non necesse est repeti. Distinguendis illis inter se sufficient ea nota, quas delineavimus.*

2. *De* Heroico *tamen regno illud addendum, originem ejus olim fuisse ab* Heroicâ *unius* virtute, *& inde profecta in populum* beneficentiâ *singulari. Cujus veneratione non Heroi tantùm illi, sed eius familiæ imperium deferre placuit.*

3. Tyrannis occulta *potentiam suam exlegem simulatione Regni*, manifesta *grassationibus violentis stabilit.*

4. *Qui Regno & Tyrannidi* Despoticum *imperium tanquam medium interponunt, dum Bodinianæ nomenclaturæ sequuntur, non possunt non tenebras offundere doctrinæ Aristotelis, apud qvem certum est, Monarchiam Despoticam & Tyrannidem esse synonyma, scribit enim Politic.*

TAB. XLV. De Aristocratiâ & Oligarchiâ.

Aristocratia & Oligarchia

- **conveniunt**
  - I. *qvoad appellationem generalem.* Potest enim uterqve Status etymologiâ favente vocari & *Aristocratia*, quia utrobiqve imperant ἄριστοι, h. e. γνήσιοι, seu optimates: & *Oligarchia*, quia,
  - II. *qvoad qvantitatem seu numerum imperantium:* utrobique imperant ὀλίγοι, i. e. pauci.

* 1. Paucos *hîc intellige, qvi sint medio loco inter unum & omnes interjecti, cives videlicet uno plures, nondum tamen omnes. Seu, qvod idem est, paucos intellige* totius *multitudinis comparatione, non subditæ tantùm* partis. *Nam hoc ad essentiam harum formarum nihil attinet.*

2. *Contingit tamen ferè, ut imperantes in his duabus formis subditorum qvoqve collatione pauci sint.*

- **differũt**
  - I. *Qualitate seu dignitate civili imperantium.* Quæ in Aristocratiâ est *virtus, quidem Heroica, ni fabulæ narrant*
  - Oligarchia sunt *divitiæ*, vel *potentia.*
  - II. *Definitione.* Aristocratia est Resp. in virtute prædita ad salutem publicam.
  - Oligarchiâ qva imperat divites vel potentes ad commodũ privatum.
  - III. *Divisione in gradûs possibiles.* Etenim
    - *Aristocratia* rationem habet juxta
      - virtutem divitũ & plebis simul, vocabiturq; Aristocratia *prima:*
      - divitum tantùm . . . ——— *secunda:*
      - plebis tantùm . . . ——— *tertia:*
    - *Oligarchia* vel est
      - legibus obstricta. Et hîc porrò numerus imperantium est vel
        - determinatus, & in mortui locum substituitur alius
          - per electionem oligarcharum, vocaturq; Oligarchia *prima:*
          - jure hæreditario, ... ——— *secunda:*
        - indeterminatus, ut venire in Senatum liceat cuivis, dummodò censum habeat lege publica definitum ——— *tertia:*
      - exlex, vocaturqve ἀναρχία, Oligarchia Despotica, pessima, & *ultima:*

* *Regio qvæ* eqvitatu *in primis valet, Oligarchiis valdè est opportuna. Eqvorum enim copiam, in qvibus simul est potentia militaris, alere divitum est, non pauperum. Idem de* gravis armaturæ peditatu *affirmat Aristoteles, tempora scil. sua respiciens.*

TAB. XLVI. De Politiâ & Democratiâ.

Politia & Democratia

Conveniunt *appellatione generali*. Potest utraqve vocari, etymologiâ non repugnante, *Democratia*, vel Resp. *popularis*. Δῆμος enim seu populus jam totam civium universitatem, jam partem eius plebejam solùm notat.

* *Remp. popularem rectam, sive ob variatem speciale vocabulum vulgò non invenit, sive ob excellentiam nomen generis κατ' ἐξοχὴν meruit, πολιτείαν constanter in Politicis vocat Aristoteles. In Ethicis lib. VIII. c. 10. ὁμονοητικὴν vocem illi indit, qvæ quidem statui ejus possibili aptior est, quàm ideali.*

differūt

I. *Quantitate seu numero imperantium.* Nam in { Politiâ imperat { *tota* universitas. / Democratiâ civium { *pars* tantùm plebeja.

* 1. *Habet hoc* Politia *peculiare, qvòd in eâ iidem sunt imperantes & subditi. Nempe quia omnes imperio sunt apti. Imperant ergò in magistratibus quidem indefinitis ut universi, obsequuntur, ut singuli. In magistratibus verò definitis imperant etiam, quoad ejus fieri potest, ut singuli, sed non eodem tempore.*

2. *Habet hoc* Democratia *peculiare, qvòd in eâ ex hypothesi æqualitatis res deducatur ad inæqualitatem, & ita geometricæ rationi substituatur arithmetica, dignitati numerus. Quod quemadmodum eveniat, Tab. XLI. annot. 11. ad membr. 1. exposuimus.*

3. *Atque hinc fit ut in populari Reip. in genere statum rectum à corrupto* qvantitas *quoque imperantium distinguat. Nam & in tertiâ Democratiâ (de qua paulò post,) soli plebeji verè imperant, licet omnes cives imperare videantur.*

4. *Hinc etiam fit, ut in hoc eodem Reip. genere* qvalitatem *imperantium non liceat in statu corrupto æqvè ac recto* dignitatem *vocare. Qvis enim paupertatem (nisi perdita sint rerum vocabula) dignitatem appellet?*

II. *Qvalitate imperantium*: Qvæ in { Politiâ est *virtus*, aut non magis certè paupertas qvàm divitiæ. / Democratiâ est *paupertas*.

III. *Definitione.* { Politia / Democratia } est Resp. in quâ { cives universi ad salutem publicam. / imperant { plebeji ad commodum privatum.

IV. *Divisione in gradus possibiles.* Etenim

Politia vel nascitur ex { æqvalitate virtutis. Quæ quidem in universum populum vix aliqva præter bellicam cadere videtur posse: voeabiturqve Politia *prima*. / æqvatione divitum & pauperum geometricâ: —— *secunda*.

* 1. *De priore gradu sonat locus III. Pol. 5. de posteriore IV. 8. ubi asseritur, in Politiâ esse mixturam qvandam Oligarchiæ & Democratiæ, nempe qvia penes divites juxtà & pauperes ibi imperium est.*

2. *Uterqve verò magnam habet cognationem cum* Aristocratia *primâ & tertiâ. Est enim in his omnibus mixtura fermè optimatum & popularis. Sed Aristocratiis accensentur illi gradus, qvi optimatibus potiores majestatis particulas largiuntur.*

Democratia vel est { legibus obstricta. Et hîc porrò admittuntur in Senatum cives vel { non omnes, sed soli pauperes, & qvidem sub conditione { censûs qvantillicunq; . . . . Et vocatur hæc Democratia *prima*: / natalium ex parentibus indigenis. —— *secunda*; / omnes, divites juxta cum pauperibus, sed sententiis viritim atq; adeò secundum proportionem arithmeticam numerandis. —— *tertia*: / exlex. Et hæc vocatur Democratia Despotica, pessima, & *ultima*.

* *Populum ex* agricolis *præcipuè aut* pastoribus; *vel* opificibus, mercatoribus *aut* mercenariis; *vel* peditibus *denique* levis armaturæ *aut* militibus classiariis *collectum Aristoteles Democraticæ opportunum pronunciat, & primæ quidem cum, quem primo memoravimus loco.*

TAB. XLVII. Comparatio Rerump. cum Societatibus domesticis.

Comparatur

in genere quævis Resp. { *recta* conjugali vel paternæ } Societati ob imperantum in subditos amorem { amicitiæ: / *corrupta* herili } { concupiscentiæ. / *simplex* paternæ vel herili } Societati, ut in qua paterfamilias habet { indivisum: / *mixta* conjugali } imperium { divisum.

in specie { *Regnum* / *Tyrannis* } Societati paternæ { rectæ, ob insignem virtutis & beneficentiæ gradum. / corruptæ, nimisqve in filios severæ.

Aristocratia / *Oligarchia* } Societati conjugali { rectæ. / corruptæ, in qva uxor dives marito imperat.

Politia / *Democratia* } Societati { fraternæ rectæ ob æqualitatem. / domesticæ corruptæ, in qua qui parere debebant, pro lubitu vivunt.

* *Qvadrant hæ similitudines etiam retrò in Societates domesticas. Et hîc imperium conjugale ab Aristotele jam Aristocratiæ, jam Politiæ confertur.*

Maje-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [85] - -

Majestatis notetur

I. *Homonymia.* Vox Majestatis sumitur pro { *titulo* certo Monarchico. / *personâ* monarchicâ: ut cum sacram Cæsaream Majestatem appello pro Cæsare. / *termino reali ordinis* in Rep. vel affectione { *plenâ.* Et ita h. l. / Civitatis { *plenâ.* / *non plenâ.* 5.

* Plenam / Non plenam } *majestatem concipit, qui* { omnes eius *particulas* inter se unitas / unam alteramve eius *particulam* seorsim } *concipit.*

II. *Synonymia.* Græcè vocatur τὸ πολίτευμα, τὸ κύριον τῆς πόλεως. Hugoni Grotio *facultas* Civitatis *eminens*: item *facultas moralis civitatem gubernandi.* l. 1. c. 1. §. 3.

III. *Descriptio:* Majestas h. l. nihil aliud est, quam { Libertas / Servitus } civiis. 10.

IV. *Oppositum:* subditio

V. *Modus considerandi:* duplex { ad intrà / ad extrà } in respectu ad { subditos suæ civitatis, tanqvam *inferiores* / aliarum civitatū majestates, tanqvâ *pares* } & sic implicans { summitatem. / paritatem. } 15.

* 1. *Posterior modus advenit Majestati ex hypothesi coexistentiæ aliarum Civitatum. Quæ quoniam simpliciter necessaria non est; sufficiet definiendo priorem sequi modum, & summitatem, quam habet majestas, exprimere: qvanqvam & ex altero modo per consequentiam summitas intelligitur.* Summum *enim sit oportet, quod alteri summo par habetur.*

2. *Sub potestate in subditos concipe simul potestatem in res subditorum.* 20

VI. *Definitio:* Majestas est SUMMA *a)* CIVITATIS *b)* UBIQVE *c)* POTESTAS. In hâc definitione generis locum POTESTAS occupat. Quo nomine statim *a dignitatibus civilibus* distingvitur definitum. Est enim hîc potestas jus quoddam, quod Græcè ἐξουσία, latinè ex Grotio facultatem diceres. Cæterà verba duas conditiones formæ, gradū scil. *a)* ac plenitudinem, *c)* subjectum item commune *b)* exprimunt, eoque definitum sufficienter 25. à *potestate* tùm *patriæ familiæ domesticâ b)* tùm *magistratuum inferiorum civili, a)* quin & à majestate *non plenâ c)* separant.

VII. *Forma.* Potestas, & ea quidem, si quæras de

gradu, SUMMA, i. e. uti Grotius definit, *cujus actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis arbitrio irriti possint reddi.* 30.

* 1. *Quoniam civilium inter se potestatum est subordinatio, necesse est, ad summum tandem aliquod & unum pervenire. Id hîc est, quod majestatem vocamus.*

2. *Majestas ergo potestas summa est. Adde quod mox sequetur, in civitate. Non enim Deo, sed hominibus, neqve hîc alienæ, quatenus alienæ, sed suæ civitatis maior est, qui vere et majestatem.*

3. *Atque hinc illud fluit, majestatem, seu personam ea pollentem, solo Deo inferiorem esse: Nam hominibus cæteris aut superior est, aut par.* 35.

4. *Nec non illud, eam esse solutam Legibus: Legibus inquam non pactis: & legibus* humanis ac positivis, *non divinis & naturalibus. Nam has si violat, reatum utiqve incurrit & pœnam, sed à superiore suo, h. e. Deo, non à subjecta sibi populo infligendam.*

plenitudine, UBIQVE, i. e. in omnibus, seu sumpta cum complexione omnium majestatis jurium.

* *Ita quidem, quod est apud Aristotelem h. l. τὸ κατακυρ, exponi ab aliis video. Eam particulam si in definitione omittas, definita erit majestas cum indifferentiâ ad plenam & non plenam.* 40

IIX. *Subjectum* { *commune,* CIVITAS. / *proprium,* personæ imperantes una (ut in Monarchiâ,) plúresve (ut in Aristocratiâ & Democratiâ.)

* 1. *Similem in modum hoc intellige, atqvesi qvis visionis commune subjectum animal, proprium oculos diceret.* 45.

2. *Cave autem hîc cum Monarchomachis in omni Rep.* sine exceptione *subjectum Majestatis statuas* populum. *Sic enim funditus perierint nobis omnia Rerump. ab Imperantium seu majestate præditorum numero discrimina, neqve superfuerit in mundo forma civitatis alia præter popularem. At enimvero ut* personalem *suam libertatem qvisqve, sic* civilem *suam populus abdicare, & dominium sui paucioribus aut uni transcribere integrum potest. Porrò cur, qvod potest, etiam velit, causæ in rebus humanis ad statum legalem prolapsis compluscule eveniunt. Hæc Monarchiarum, hæc Aristocratiarum fundamenta frustrà sunt qvi convellere nituntur. Nam qvod Monarchis & Optimatibus reliqvere sê dicunt Majestatem* personalem, reali *interim, qvæ personalem in ordinem cogere possit, ubiqve penes populum seu civitatem remanente: imperantibus verbo dant majestatem, re adimunt.* Personatam *ergò dixissent potius, qvàm personalem. Neque enim majestas est, qvæ in suâ civitate superiorem habet: neqve magis à duplici, qvod majestati dedimus, subjecto duæ illicò in eâdem Rep. majestates (realis & personalis) ab se realiter distinctæ, qvàm in eodem equo duæ visiones, altera animalis, altera oculorum, fingendæ sunt. Distinctio illa aut rejiciatur, aut conceptuum esto, non rerum.* 50. 55. 60

IX. *Divisio in partes.* De qvâ vide Tab. seq.

X. *Principium actuale dirigens.* Vide ibid. membr. ult.

TAB. XLIV. De Divisione Majestatis in partes.

Circà Divisionem Majestatis in partes notetur

I. *Quomodo appellentur partes sive particulæ majestatis?* Resp. jura Majestatis, item Regalia. Quæ vox vi originis Grammaticæ solis Monarchicis apta formis ad aliorum tamen Statuum jura extenditur.

II. *Quænam sit harum partium respectu ratio totius in Majestate?* Resp. Majestas est totum

1. *potestativum.* Nam ut anima in potentiam v.g. sentiendi, intelligendi, volendi: similem in modum (cave hoc simile nimis extendas,) majestas in potestatem summam ferendi leges, instituendi magistratûs subordinatos, indicendi onera, &c. tanquam in partes potestativas dividitur. 5.

2. *integrale,* [ad hoc enim genus reducitur totum potestativum] sed *analogicum,* quia incorporeum. Sanè verò vel uno regali ablato majestas non manet integra & plena. 10.

3. *disimilare.* Nam etsi partes ejus essentiâ *generica* conveniunt: (quodlibet enim jus majestatis est potestas summa) differunt tamen objectis, & quod inde sequitur, essentiis *specificis.* Alia enim potestas circà sacra, alia circà magistratûs, alia circà bellum occupatur, & sic deinceps. Quin & singulæ particulæ in novas varietates seu modos pro diversitate materiæ circà quam specialioris, aut actuum exercendorum, commiuui possunt. 15.

* 1. *Hæc jurium majestatis* dissimilitudo *facit ut singulorum præsia non usquadeò exactè definiri queant.*

2. *In eadem Rep.* plures *esse potestates summas,* sed non plenas, *nihil habet absurdi.*

III. *An Majestas possit realiter dividi, per partes scil. suas, vel modos partium, in subjecta propria?* Aff. Ratio, quia divisibilitatem istam ex naturâ rei nihil impedit. Quod enim ad *materiam* attinet, est in majestate partium, in partibus modorum, in civitate personarum vel cœtuum capacium multitudo. Est in voluntate humanâ, quæ *efficientis* causæ vim habet, dividendi potestas. Sunt *fines,* qui voluntatem, ut vel partes ipsas majestatis, vel partium præcipuarum modos non omnes uni sive homini, sive cœtui permissos velit. Atque ita factum est hodiè in quamplurimis, ac nescio an non in omnibus, quæ quidem non merè sint despoticæ, Rebuspublicis. Quas ideò *numericè mixtas* vocamus. 20. 25.

IV. *Quotnam sint classes Regalium?* Resp. Duæ. Omne enim Regale vel est { *Immanes* / *Transiens* } & nititur relatione Majestatis { *ad intrà* & subditos suæ / *ad extrà* & Majestatem alienæ } civitatis. 30.

* 1. *Quia Majestati subditi sunt* inæquales, *aliæ majestates* æquales, *possumus & prioris generis Regalia Scholasticorum vocabulo* disquiparantiæ, *posteriores* æquiparantiæ *appellare. Nam & illa* supereminentem, *hæc* mutuam *potestatem includunt.*

2. Transeuntia *Regalia* vix, *opinor, plura tribus numeraveris. Quorum unum jus est mittendi* Legati: *alterum,* 35. *sanciendi fœderis: tertium* Belli & Pacis.

3. Immanentium *longè major est numerus. Unde novis subdivisionibus opus fuerit. Quarum aliæ ab* objecto videntur peti posse, *aliæ à* modo *circà objectum versandi.* Objectorum *discrimina sunt,* primum, *personæ & res:* secundum, *sacra & profana:* tertium, *futura & præterita.* Modi *circa hæc objecta versandi tres:* Consultatio (*sub qua & Electio,*) præceptum (*in universalibus per Leges, in singularibus per Magistratûs subordinatos,*) Judicium (*sive præmium sive pœnam res postulet.*) *Cicero l. 1. de Inv.* 40.

4. *Ad hæc ergò capita speramus omnia majestatis jura revocari posse, uno excepto, quod* extraordinarium *planè dixerim, majestatis in seipsum reflexæ, & suam sibi libertatem adimentis, transferendo in alium civitatis Dominio.*


V. *Quotuplex sit principium actuale, quo exercitium Majestatis & particularum ejus dirigi debet?* Resp. duplex: nempe { Lex Naturæ. / Pacta Gentium. } Cum enim his solutam esse majestatem negaverimus, necesse est iis se dirigi patiatur. 45.

† Doctrina de Jure Naturæ & Gentium *peculiares Tabellas postulat, huic loco non incommodè inserendas. Neque enim tradi illa potest absque præcedente societatum humanarum, & Civitatis inprimis ac Reip. notitiâ. Et est quidem in hoc argumento totus Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis scribens. Quod opus doctissimum eoq; merito hactenus regnans in Tabellas contrahere non usque adeò difficile sit, ob observatum in eo diligenter si non optimum, certè nec pessimum ordinem. Verùm in rebus ipsis aliqua principia Philosophi, plura etiam fortasse, utique graviora, Theologi orthodoxi mutata & correcta velint. Liceat ergò hanc Philosophiæ practicæ partem tantisper hîc seponere, donec vel ab* 50. 60. *ulceribus istis sanatus prodeat Grotius, vel ejus systemate ad demonstrandi methodum & veritatem castigatius aliquod lucem aspiciat.*

Natu-

H. Grot. Apolog. pro Relig. Holl. ed. Paris. 12. an. 1640. Est in summa [illegible] coronae [illegible] [illegible] ut parte amissa, [illegible] amittat. De [illegible] cap. 2. pag. 46.

De Lege Naturae Apodictica Methodus Nic. Hemmingii 1577. Witeb. 8o.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [90] - -

TAB. L. De Mutationibus Civitatum seu Rerump.

I. *Synonymia.* Vocatur & *corruptio*, item *solutio* vel *dissolutio* Civitatis aut Reip.

* 1. *Copiosa est Aristotelis phraseologia Lib. V. Polit. de hac re. Videas ibi passim mutationem corruptionemve Reip. sic enunciari:* μεταβάλλειν, μεθίστασθαι, ἐξίστασθαι, λύεσθαι, καταλύεσθαι, φθείρεσθαι τὰς πολιτείας.

2. *Quatenus unius generatio alterius est corruptio, mutari Remp. & corrumpi synonyma esse possunt. Quatenus verò corruptionis vocabulum malitiam aliquâ implicat, sive ex parte termini ad quem, sive respectu alterationis præviæ violentæ, differre dicetur à mutatione ut angustius à latiore. Et ita corruptioni opponetur emendatio: utraque verò mutationis voce designabitur.* 5.

II. *Divisio ex parte*

1. *Termini ad quem.* Mutatio Reip. contingit vel circà
- *formam*, cùm nempe Resp { recta, popularis, simplex } mutatur in { aberrantem, paucorũ, aut unius, mixtam, } vel contrà. 10
- *gradum formæ*, ut cùm oligarchia v.g. ex intensiore fit remissior, aut contrà.
- *modum administrandi*, ut cùm magistratus aliquis novus inducitur, aut vetus aboletur.
- *personas vel familias imperantes*: e. g. cùm qvis in Monarchiâ solium invadit Regis à se perempti, aut excussi. 15.

2. *Causæ efficientis principalis* Quæ cùm Civitati mutandæ esse possit vel externa vel intestina & domestica: fit inde, ut ipsa Resp. dupliciter mutari dicatur, nimirum vel
- *ab extrà*, v.g. cùm hostis Reip victæ novam formam imponit.
- *ab intrà*, cùm scil. ipsi cives mutationem Reip. inferunt: idqve rursus vel 20.
  - *citrà violentiam* { *cum fraude*, per sophismata Politica. / *sine fraude*: cujus modi exemplum præbet Theopompus Lacedæmonum Rex, qvi, ut posteris suis regnum relinqveret stabilius, ipse suâ sponte constitutis ephoris de regiâ potestate multum remisit. 25.
  - *cum violentiâ*, per seditiones ac bella intestina.

III. *Principia, causæ, vel occasiones*, respectu mutationis

Mutationis Rerũ publ. notãda veniunt
- *ab extrà*, culpa { *civitatis*, bellum externum suo tibi jumento accersentis. / *externi hostis* nullâ injuriâ lacessiti. 30.
- *ab intrà*
  - *in genere*, vitium
    - *formæ*: in Rebuspublicis
      - *simplicibus*, nimia exerratio à statu naturali & φιλαυξίᾳ rectâ, si scil. sepositâ virtute vel solæ divitiæ, vel sola libertas ὀχλοκρατίας formæ faciat. Priori enim modo pauperes, posteriori divites ab ipsâ Reip. sic constitutæ 35. formâ quasi vim patiuntur, quæ utriusqve partis animos bonâ fide coalescere vix unquam sinit.
      - *mixtis*, non satis sapienter instituta ab initio mixtura dignitatum civilitũ.
    - *materiæ*. Quod vicissim duplex est, nempe vel
      - *naturale, & remotius*: 40
        - *dissimilitudo ingeniorũ*, orta ex diversitate { *loci* seu regionis: / *nationum*: / *religionum*. }
        - *nimium incrementum* { *integri* alicujus in Rep. *ordinis*. / *unius* in Rep. viri, aut paucorum. / *facultatum totius civitatis*, legibus de censu non mutatis. 45.
      - *morale & propinqvius*:
        - *Injustitia*. Qvæ variis solet exerceri modis, dum nempe
          - *Imperãtium*
            - dignis præteritis indignos *munerum publicorum* participes faciunt. 50.
            - vexant subditorum { *bona* seu opes. / *corpora*, per { libidines venereas, / ignominiosa verbera, } i. e. per ὕβριν / *vitam*, / *conscientiam*.
          - *Ignavia*, orta ex inobservantiâ vel contemptu { *parvæ* / *maximæ* } rei. 55.
        - *Subditorum* { *cupiditas* { *dominandi*, seu Ambitio. / *ditescendi*, seu Avaritia. } / *metus* pœnæ promeritæ. / *contemptus*, qvando scil. imperantium sive imperitiam, sive paucitatem, sive ignaviam, sive vilitatem despicatui habent. 60
  - *in specie* { *Populares*, improbitas Demagogorum, seu assentatorum plebis. / *Paucorum*, contentio ipsorum inter se Optimatum. / *Unius*, discordia Regiæ familiæ: item φιλοτιμία, de qvâ V. Pol. 10. } qvoad Remp.

IV. *Oppositum*: Conservatio Reip. Qvæ à bonis partim Legibus, partim consiliis pendet.

Circà doctrinâ de Legib⁹ in genere notetur:

I. Quid in hâc doctrinâ sit exspectandum? Resp. partim *Leges*, partim *Consilia*.

II. Cur ergò non fiat inscriptio etiam de consiliis? Resp. Quia, si Legis vocabulum *latè* accipiatur, consilia quoque complectitur; si *strictè*, à potiori non absurdè fit denominatio.

III. Quot modis accipiatur vocabulum Legis? Resp. duobus: 5.

1. *latè*, ut comprehendat etiam consilia, ob convenientiam scil. earum cum legibus strictè dictis.

2. *strictè* pro jure habente vim obligandi, ut Tab. XXV. Et sic iterum usurpatur vel

pro { Jure *Naturæ simplici*; ut Lex prohibens furtum.
pro { Jure *positivo* { *simplici*: ut Lex prohibens subditis venationem. 10.
pro { Jure *positivo* { *mixto*: ut Lex prohibens furtum sub pœnâ servitutis, aut suspendii.

Hîc enim prohibitio furti, juris est naturalis; determinatio pœnæ, positivi.

* 1. Jura { *Naturæ simplicia* } describere minus est Partis in { *Superioris*: Vid. Tab. XLIX. in fine.
* 1. Jura { *Positiva* certæ Reip. } describere minus est Partis in { *Politicâ*, præsentis. 15.

2. *Certæ inquam Reip.* sed ejus imaginariæ, *quam in materiâ corruptâ optimam, vel optimæ proximam fingere licebit. Non enim egredimur hîc limites* Universalis *Politicæ, intrà quos & Aristotelis octo libri subsistunt: cujus tamen Optimam Remp. maximâ sui parte mutilam habemus. Aliud ejus opus fuit, majore temporum invidiâ planè nobis, utique ad paucula fragmenta, interceptum; quo tantum non omnes sui ævi Respublicas veras describens* Particularem *Politicen attigit, anabit quoque, ejus exemplo, separandam ab universali. Neque enim historiam scribere, nec Jctorum cirtulos invadere cogitamus.* 20.

IV. Quomodo conveniant inter se & rursùs differant Lex & Consilium? Resp. Conveniunt partim, partim differunt.

1. *Fine.* Utrumque enim ordinatur ad εὐδαιμονίαν & αὐτάρκειαν civitatis, tanquam medium ad finem. *Leges* tamen propiùs attingunt εὐδαιμονίαν, (præcipiunt enim de omni virtute,) propiùs αὐτάρκειαν *Consilia*. 25.

* 1. *Hinc* Leges *justum ab injusto*; Consilia *utile à damnoso, vel etiam magis decorum à minùs decoro, distinguere potissimùm dicuntur.*

2. *Et ut* ἡ αὐτάρκεια τῆς εὐδαιμονίας, *sic consilia legibus, maximè naturalibus, imo &, nisi necessitas diversum præcipiat, positivis subordinanda sunt.*

2. *Formâ.* Consilium pariter, & Lex positiva, quâ talis, determinationem quandam addit rei vel actioni moraliter indifferenti, seu jure naturæ permissæ; eâmque non impugnanti, ut in quâ tanquam in materiâ propriâ versentur. Hoc interest tamen, quòd *Legi* vis inest obligandi cum, cui datur; *Consilio* non inest. 30.

* 1. *Quod dictum est, materiam positivæ legis & consilii propriam esse actum juri naturæ non adversantem, id sequitur quod ammodò è præcedente. Actus enim jure naturæ veritos, si jubere Lex velit, aut consilium svadere, ad summum potius malum, quàm bonum perveniet Civitas.* 35.

2. *Est ergò de essentiâ legis & consilii, ut honestati ne repugnent; sed in statu* recto *& naturali; Nam in statu* corrupto *secus pronunciandum.*

3. *Similiter ad bonum Legislatorem aut Consiliarium* in Statu recto *hæc duo ante omnia requiruntur*: Unum *conscientia de jure Naturæ sufficienter informata*, Alterum, *voluntas conscientiam rectam injustis legibus, aut perversis consiliis non vulnerandi.* 40

4. *Perversis Consiliis haud dubiè scatent scriptæ* Machiavellica, *quæ scil. non curant, quid consentaneum sit juri naturæ, bonoque civitatis vero & publico; sed unicè, quid ad potentiam imperantium, adeoque commodum eorum privatum conducere videatur. Nimirum quia doctrinam de fine civitatis pervertunt, eum in dominatione ac potentiâ despotica* 45. *collocantes cum veteribus quibusdam VII. Polit. 2. ab Aristotele refutatis.*

5. *Licebit interim è stercore aurum, h. e. è scriptis Machiavellicis ea, quæ honestati non repugnant, eligere, cæteris aut neglectis, aut cum detestatione propositis eum in finem, ut caveri melius possint.*

3. *Principio propinquo.* Quod utrobique est prudentia; sed in *Legibus* νομοθετικὴ, in *consiliis* βουλευτικὴ. 50.

4. *Principio remoto.* Quod utrobique est cognitio historica, Legum variarum, ut *Leges*: factorum & eventuum, ut *Consilia* ferre possimus.

V. *In quot partes hæc doctrina secari queat?* Resp. in duas. 55.

Unam de *Legibus*. Ubi { Optima Resp. legibus ab ingenio informanda.
Unam de *Legibus*. Ubi { Leges aliarum Rerump. verarum, fictarum examinandæ.

Alteram de *Consiliis* circa { opes ac divitias.
Alteram de *Consiliis* circa { Reip. { securitatem { ab hostibus externis.
Alteram de *Consiliis* circa { Reip. { securitatem { à dissidiis & seditionibus intestinis.

† *Priorem* de optimâ Rep. *inscribere possis*; *Posteriorem* de Ratione Status. *Neutram hîc exequimur, tùm quòd & fundamentum utriusque, doctrinam de Jure Naturæ in aliud tempus sepositimus: tùm quod conari hîc aliquid volentibus idonei Duces desunt. Nam de optimâ Rep. quæ scripsit Aristoteles, horum ad nos vix vestibulum pervenit. De Ratione verò Status commentarii quidem multi, justum & accuratum systema, quod scire liceat, exstat nullum.* 60.

De-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [93] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [94] - -

DEFINITIONES ARISTOTELICÆ,

Quarum quæ hoc signo † notantur, è diversis textibus conglutinandæ fuerunt.

ETHICÆ

E Libris Nicomacheorum.

Ad Tab.

III. Bonum Ἀγαθόν.
ὃ πάντα ἐφίεται. lib. I. cap. 1.

IV. Intellectus Theoreticus. τὸ ἐπιστημονικόν.
ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν. VI. 1.
Intellectus Practicus. τὸ λογιστικόν.
ᾧ θεωροῦμεν τὰ ἐνδεχόμενα. ib.

V. Summum Bonum Hominis. τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν.
ψυχῆς ἐνέργεια καθ' ἀρετὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην, ἐν βίῳ τελείῳ. I. 7.

VII. Virtus moralis. ἀρετὴ ἠθική.
ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε. II. 6.

XI. Spontaneum. τὸ ἑκούσιον.
ὃ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. II. 1.
Invitum per ignorantiam. τὸ δι' ἄγνοιαν ἀκούσιον.
†τὸ μεθ' ὕπνου καὶ ἐν μεθαμελείᾳ, εἴ τις ἀγνοεῖ τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις. ibid.
Invitum per violentiam. τὸ βίαιον.
ὃ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πραττων ἢ ὁ πάσχων. vel, ὃ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ διαθέτου.

XII. Voluntas. ἡ βούλησις.
ὄρεξις τοῦ τέλους μᾶλλον, III. 2.
Consultatio. ἡ βούλευσις.
ζήτησις περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη, III. 3.
Electio. ἡ προαίρεσις.
βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. ibid. vel. ὀρεκτικὸς νοῦς, ἡ ὄρεξις διανοητική. VI. 2.

XV. Fortitudo. ἡ ἀνδρεία.
μεσότης περὶ φόβους καὶ θάρρη. II. 7. III. 6.

XVI. Temperantia. ἡ σωφροσύνη.
μεσότης περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἃ πάσας, μᾶλλον δὲ περὶ τὰς λύπας. II. 7. vel: † μεσότης περὶ ἡδονὰς τὰς σωματικὰς, ὧν τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνεῖ, αὗται δ' εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις. III. 10.

XVII. Liberalitas. ἡ ἐλευθεριότης.
† μεσότης περὶ δόσιν χρημάτων μικρῶν καὶ λῆψιν. II. 7. vel: † μεσότης περὶ χρήματα τὰ μέτρια καὶ μικρά. IV. 1. & 4.

XVIII. Magnificentia. ἡ μεγαλοπρέπεια.
† μεσότης περὶ τὰ χρήματα μεγάλα. II. 7. vel: † ἀρετὴ δ' περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον, ἐν μεγέθει πρέπουσα. V. 2.

XIX. Modestia. ἡ φιλοτιμία.
† μεσότης περὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μικράν. II. 7. vel: † ἀρετὴ περὶ τὰ μέτρια καὶ μικρὰ ἐν τιμῆς ὀρέξει. IV. 4.

XX. Magnanimitas. ἡ μεγαλοψυχία.
† μεσότης περὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεγάλην. II. 7. vel: † ἀρετὴ περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ἐν μεγέθει V. 3.

XXI. Mansvetudo. ἡ πραότης.
μεσότης περὶ ὀργήν. II. 7. vel: μεσότης περὶ ὀργὰς. IV. 5.

XXII. Veritas. ἡ ἀλήθεια.
μεσότης περὶ τὸ ἀληθές. II. 7. vel: μεσότης τὸ καθ' αὑτὸν βίῳ καὶ τῷ λόγῳ τὸ ὑπάρχοντα εἶναι περὶ αὐτόν, καὶ ἧττον μείζω, ἢ τὰ ἐλάττω. IV. 7.
Comitas. ἡ Φιλία.
μεσότης περὶ τὸ λοιπὸν (ἔξω τῆς παιδιᾶς) ἡδὺ τὸ ἐν τῷ βίῳ. I. 7. vel: μεσότης περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας. IV. 6.
Urbanitas. ἡ εὐτραπελία.
διάθεσις ἐν μεσότητι περὶ τὸ ἡδὺ τὸ ἐν παιδιᾷ. II. 7. vel: †μεσότης τὸ ἐμμελῶς παίζειν ἐν τῇ μὴ παιδιᾶς ὁμιλίᾳ, τοῦ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς, ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. IV. 8.

XXIII. Justitia (in genere) ἡ δικαιοσύνη.
ἕξις, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια. V. 1.
Injustitia (in genere) ἡ ἀδικία.
ἕξις, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. ibid.
Justitia particularis. ἡ ἐν μέρει δικαιοσύνη.
μεσότης περὶ τὰ ἀγαθὰ ἃ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία. ibid.
Injustitia particularis. ἡ ἐν μέρει ἀδικία πλεονεξία περὶ τιμὴν, ἢ χρήματα, ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι ἔχομεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα. καὶ δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους. V. 2.

XXIV. Justitia universalis. δικαιοσύνη ἡ ὅλη ἀρετὴ τελεία, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. V. 1. vel: τῆς ὅλης ἀρετῆς χρῆσις πρὸς ἄλλον. V. 2.
Injustitia universalis. ἀδικία ἡ ὅλη κακία περὶ ἅπαντα, περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. V. 2. vel: τῆς ὅλης κακίας χρῆσις πρὸς ἄλλον. ib.

XXV. Lex. ὁ νόμος.
λόγος ἀπὸ τινος φρονήσεως καὶ νοῦ, ἀναγκαστικὴν ἔχων δύναμιν. X. 9.
Jus naturale. τὸ δίκαιον φυσικόν.
τὸ παντοχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν καὶ οὐ τῷ δοκεῖν, ἢ μή, V. 7.
Jus legitimum. τὸ δίκαιον νομικόν.
ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐδὲν διαφέρει, ὅτως, ἢ ἄλλως, ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει. ibid.
Æqvum. τὸ ἐπιεικές.
† ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου, ἢ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. V. 10.

XXVI. Ca-

XXVI. Casus fortuitus. τὸ αὐτύχημα.
ὅταν ἀπροφάλογως ἡ βλάβη γένηται. V. 8.
Erratum. τὸ ἁμάρτημα.
ὅταν μὴ προφάλογως, ἄνευ δὲ κακίας ἡ βλάβη γένηται: ibid. vel: τὸ μεθ' ἁγνοίας, ὅταν μήτε ὃν, μήτε ὡς, μήτε ᾧ, μήτε ἕνεκα ὃ πράξῃ ἔλαβε, ἢ οὗ τε πράξῃ. ib.
Injuria impropriè dicta: ἀδίκημα, δι' ὃ δὲ λέγονται ἄδικοι.
ὅταν εἰδὼς μὲν, μὴ προβεβουλευσας δὲ βλάψῃ. ibid.
Injuria propriè dicta: ἀδίκημα δι' ὃ λέγεται ἄδικος καὶ μοχθηρός.
ὅταν ἐκ προαιρέσεως ἡ βλάβη. ibid.
XXIX. Virtus intellectualis. ἡ ἀρετὴ λογικὴ: vel τῆς διανοίας.
ᾗ ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῇ κατάφασει ἢ ἀποφάσει. VI. 3.
Intelligentia. ὁ νοῦς.
ἕξις τῶν ἀρχῶν. VI. 6.
Sapientia. ἡ σοφία.
νοῦς καὶ ἐπιστήμη, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων. VI. 7.
Scientia. ἡ ἐπιστήμη.
ἕξις ἀποδεικτική. VI. 3.
Prudentia. ἡ φρόνησις.
ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγου πρακτικὴ περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά. VI. 5.
Ars. ἡ τέχνη.
ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. VI. 4.
Acumen. ἡ δεινότης.
δύναμις τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. VI. 12.
Bona consultatio. ἡ εὐβουλία.
ὀρθότης βουλῆς ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρὸς τὸ τέλος· ὧν ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι. VI. 9.
Sagacitas. ἡ σύνεσις.
κριτικὴ περὶ τούτων, περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, ἄλλα λέγοντος. VI. 10.
Sententia. ἡ γνώμη.
κρίσις ὀρθὴ τῶ ἐπιεικοῦς. VI. 11.
XXX. Voluptas. ἡ ἡδονή.
† τῆς ἐνεργείας τῆς κατὰ φύσιν ἀνεμποδίστως ἐπιγινόμενόν τι τέλος. VII. 12. & X. 4.
XXXI. Amicitia. ἡ φιλία.
εὔνοια ἐν ἀντιπεπονθότι. μὴ λανθάνουσα. VIII. 2.

POLITICÆ
E Libris Politicorum.

Ad Tab.
XXXV. Servus naturâ. ὁ δοῦλος φύσει.
† ὄργανον ἔμψυχον, πρακτικὸν, χωριστὸν, μὴ αὐτῶ φύσει, ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος ὢν. I. 3.
XXXVII. Domus seu Familia. οἰκία, vel οἶκος.
† κοινωνία πρώτη ἐκ τῶν δύο κοινωνιῶν, γαμικῆς, καὶ δεσποτικῆς, εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεσηκυῖα κατὰ φύσιν. I. 1.
XXXVIII. Vicus seu Pagus. κώμη.
κοινωνία πρώτη ἐκ πλειόνων οἰκιῶν χρήσεως ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου. ibid.
XXXIX. Civitas. πόλις.
κοινωνία ἐκ πλειόνων κωμῶν τέλειος πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας. I. 2. vel: τὸ τῶν πολιτῶν πλῆθος ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς. III. 1.
Civis simpliciter dictus. πολίτης ἁπλῶς.
ὁ μετέχων κρίσεως καὶ ἀρχῆς ἐν τῇ πόλει. ibid. vel: ὧ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς ἐν τῇ πόλει. ibid.
XL. Magistratus, seu imperium civile. ἀρχὴ πολιτική.
καθ' ἣν ἄρχει τῶν ὁμοίων τῷ γένει, καὶ τῶν ἐλευθέρων. III. 3. vel: ἡ ἀποδέδοσθαι βουλεύσασθαί τε περὶ τινῶν, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τέλος. IV. 15.
XLII. Respublica. πολιτεία.
πόλεως τάξις, τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. III. 4. vel: τάξις τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων. III. 1. vel: τάξις τῶν ἀρχῶν. IV. 3.
XLIV. Regnum. ἡ βασιλεία.
μοναρχία πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσα συμφέρον. III. 5.
Tyrannis. ἡ τυραννίς.
παρέκβασις τῆς βασιλείας. vel: μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος. ibid.
XLV. Aristocratia. ἡ ἀριστοκρατία.
πολιτεία τῶν ὀλίγων μὲν, πλειόνων δ' ἑνός, πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς. III. 5.
Oligarchia. ἡ ὀλιγαρχία.
παρέκβασις τῆς ἀριστοκρατίας. vel: πολιτεία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων συμφέρον. ibid.
XLVI. Politia. ἡ πολιτεία.
ὅταν τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον. III. 5.
Democratia. ἡ δημοκρατία.
παρέκβασις τῆς πολιτείας. vel: ὅταν τὸ πλῆθος πολιτεύηται πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων. ibid.
XLVIII. Majestas. τὸ πολίτευμα.
τὸ κύριον παντὸς τῆς πόλεως. III. 4.

ERRATA insigniora
sic corrigantur.


Tab. VI. lin. 34. primariò ad vitam *cœlestem*.
35. secundariò ad vitam *civilem*.
XIII. 17. *veteres*
XVI. 24. sed *ad* malitiam.
XXI. 41. *afficientes*.
46. ἀσχολίᾳ.
48. *tardè*, sed graviter
XXXII. 46. *mutationes* & causæ corrumpentes.
XXXIII. 10. *solam*.
35. de *gradibus* virtutis & vitii,
38. *societatibus* humanis nihil
57. per *quas* scil.
XXXVI. 46. *I. Synonymia*.
47. Definitio: *Societas paterna est* societas naturalis
XLI. fac. b. lin. 7. possessio *ipsa*
24. & *hæ* rursus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [97] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [98] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [99] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [100] - -

GWLB Hannover 35
Sr 413 400

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [101] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32;Leibn. Marg. 32, [102] - -

GWLB Hannover 35
036 854 409

116 (1)

— 3 05
IV
— 2°

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [103] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [104] - -


Leibn.
Marg.
32

ZEN-Leibn. Marg. 32:Leibn. Marg. 32, [105] - -